VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
34
5 - G
5

Digitized by Google

Digitized by Google

34.5.G.5

ℂPerottæ Iſagogæ: ſeu de modo examinandi Dialogus incipit: per Petrum perottũ Interamnatem: ad Stephanum perottũ filium.

ℂDe Littera Cap. i.

Magiſter: Alphabeti litteræ quot ſunt? Diſcipulus: Duæ & uiginti. A.b.c.d.e.f.g.i.k.l.m.n.o p.q.r.ſ.t.n.x.y.z. Totidem eſſe apud Hebreos Syriorum quoq; linguam: & Caldeorꝝ teſtatur Hiero.

Litteræ quot.

Mag. Alphabetũ quid ſignificat? Diſc. Alphabetũ (quod Aug. Abecedariũ uocat) compoſitũ nomen eſt: ex duarum nominibus Græcarꝝ litterarũ primarũ: Alpha ſcilicet & Beta: ordinem & numerũ litterarꝝ ſignificat: nam Alpha unũ notat: Beta uero duo: & ſic reliquæ modo cõſimili apud antiquos indicabant: Tortell. & Iſydo.

Alphabetũ qd Abecedariũ.

Mag. Litteræ quid ſunt? Diſc. Littere aũt ſunt indices rerũ: uerborꝝ ſigna: quibus tanta uis eſt: ut nobiſ dicta abſentium ſine uoce loquãtur. Verba enim per oculos: nõ autem per aures introducũt: Iſidorus. Vel Litteræ ſunt cuſtodia fidelis memoriæ rerum geſtarum: Liuius. i.

Litteræ quid.

Mag. Quot ſunt meræ latinæ? Diſc. Decem & ſeptem: A.b.c.d.e.f.g.i.l. m.n.o. p.r.ſ. t.u. Nam ex omnibus: una eſt nota aſpirationis/h. Vna duplex/x. Superuacuæ duæ/k & q. Duæ Græcæ/y & z. Donat. in arte: aliꝭ Beda.

Litteræ mere latinæ quot.

Mag. Quare/A/eſt principiũ litterarꝝ? ut apud Hebreos Aleph: apud Græcos Alpha: apud nos A. Diſc. Ideo A prima eſt litterarꝝ: uel quia ꝙ naſcẽtibus uocem primo aperiat: uel quia ꝙ principium ſignificat: ut Ego ſum Alpha & O: Apocalipſis. i. Videto etiam Iſido.

A / quare prima litterarum.

Mag. Quare inuentæ ſunt litteræ? Diſc. Litteræ propter rerũ memoriam inuentæ ſunt: quæ ne obliuione fugiãt litteris alligantur: Iſido. i. Ethy.

Litteræ quare inuentæ.

Mag. Quot ſunt genera litterarꝝ? Diſc. Vndecim uidelicet: Vocales/Conſonantes/Mutæ/Liquidæ/Cõmunes/Superfluæ/Terminales/Prepoſitiuæ/Subiunctiuæ/& Se

Litterarum genera.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

miuocales & duplæ.Priſc.

Vocales quot. M.Ex his quot ſunt Vocales? D.Quinq;: A/e/i/o/u. Siquidem hec auribus tantũ comprehendi poſſunt: Mutæ uero ſolis oculis.

Y. Vtimur etiã/Y/græcoꝝ cauſa nominũ Priſc.& Capella: quod ſemper aſpiratur in principio dictionum: ut Hyppolitus:poteſtq; corripi & produci: ut

Ia. Fia. Probus ait:debet Ia/proferri & non fia.

Vocales quare. Sonantes. dichrone. M.Quare dicuntur Vocales? D. Vocales ideo dictæ ꝙ ad ſcribendas uoces articulatas neceſſariæ habenť. Has quidam ſonantes appellant:Dio.& Iſido.Quidam Dichronas dicunt.ideſt bitemporaneas: Do. Quas Agre

dñæ litterarum. tius omnis uocis principes:& lrarum dñas nuncupat.

prepoſitiuæ. Subiunctiuæ. M.Ex his quot ſunt ꝑpoſitiuæ? D.Tres: A/e/o: ſicut ſubiunctiuæ duæ:i & u. dicuntur autem Subiunctiuæ: quoniam prepoſitiuis ſubiunctæ diphthongos faciunt:ut eu æ:œ:Priſc.

Conſonantes quot & quare. M.Conſonantes quot ſunt? D.Sexdecim:B.c.d.f.g.k.l.m.n.p.q.r.s.t.x.z:quas ideo Conſonantes appellant: ꝙ cum Vocalibus conſonant: cum ipſæ per ſe nequeãt uocem perficere:Priſc.Hæc ante ſe aſpirationis notam recipere nequeunt: ut/i/quando pro conſonante ponitur: ut Iuppiter:Iuſtus & reliqua: Tor:& Iſido.

Mutæ quot & unde. M.Quot ſunt ex his Mutæ? D. Nouem:B.c.d.f.g.k.p.q.t. Mutæ autem nominantur ꝙ ad beneſonantiũ comparationem exiguam uocis partem habent:Priſc. aut ꝙ nullum ſonũ habeant ſublatis e medio uocalibus.Qua

C. rum ſola.C. antecedentem uocalem producit & pro duplici habetur:ut hic hæc hoc:Capella.

Semiuocales quot & unde. M.Quot ſunt Semiuocales? D.Septem:L.m.n.r.s.x.& z.Semiuocales ideo dictæ:quia dimidium eius poteſtatis habent ideſt ſemis quidam uocis: ut El.em.en.er.es.ix.& zeta.qua utimur in Græcis dictionibus. Sed per ſe nec ſyllabam: nec plenam uocem faciunt: ut Priſcianus & Scaurus docent.

Liquidæ quot & unde. M.Ex predictis quot ſunt Liquidæ? D.Duæ:quas alii liquentes appellant. L.& r.aliquando m.& n. Has ideo

liquidas nuncupamus: quia liqueſcunt & fluunt & quaſi intereant: nam poſt mutas poſitæ faciunt precedentē ſyllabam breuem eſſe cōmunem: ut tenebre: Priſc. Victo.

Quas Fortunatianus Hygra nominat: ut Hygremplaſtra ideſt liquida emplaſtra: ſicut Xeriemplaſtra. i. arida: Galienus medicus. Hygra. Hygremplaſtra. Xeriemplaſtra.

M. Duplæ quot ſunt? D. duæ: x. & z. quæ propterea duplices nominantur: ꝙ pro duabus litteris ponuntur: X. enim pro. c. & s. Z. uero pro duplici: ſſ: ponitur: ut Græcizo: greciſſo. ſicq; poſitionem in metris faciunt: ut dixi: & azimus: priſc. prob. Sed. x. quibuſdam græcis nominibus preponitur: ut Xyxtus: Xanthus: & omnibus uocalibus ſotiatur: ut Capella monet: duplæ quot. Eius poteſtas. Xyxtus.

M. Quot ſunt Cōmunes? D. Cōmunes quæ ab aliis mediæ dicuntur duæ ſunt. i. & u. Nam in principio dictionis ſitæ ſequente uocali conſonantes fiunt in una ſyllaba ut Iuno, Venus. In medio autem non compoſitarum: & inter duas uocales: duplicium uim habent: ut aio: maie: audiui: priſc. Obſerua probum in principio. Cōmunes. Mediæ. I. V.

M. Superfluæ quot ſunt? D. duæ: k. & q. K, enim lr̄a omnino latinis ſuperflua eſt: ut inquit Fabius. Nam inter q & k nullum extat diſcrimen. Hinc Nigidius uir doctiſſimus neq; q neq; k. in cōmentariis uſus eſt: ut Varro docet & priſcianus. Q. preterea nunq̄ ſine duabus uocalibus ponitur: quarum prior eſt u: ut queſtus: conſequenter. Conſtat autem ex c. & u. ideo duplex & compoſita dicitur: Capella. Superfluæ. Q. K. Q, qbus iungiẽ.

M. Terminales apud nos quot ſunt? D. Quattuordecim Vocales quinq;: A. e. i. o. u. Semiuocales ſex. L. m. n. r. s. x. Mutæ tres. C. d. t. lege priſcianum. Terminales quot.

M. Nunquid. H. eſt littera? D. minime: ſed aſpirationis nota: ut Nigidius figulus tradit & Capella. Eſt autē aſpiratio (quæ græce Daſian dicitur ubertas: ſicut pſile ideſt ſiccitas) ſonus uberius elatus: uel humani ſpiritus craſſitudo: priſcianus & Scaurus. H utrum lr̄a. daſian. pſile.

H/cui iungitur: M·Quibus preponitur litteris/H? D·Ante uocales oēs ſed poſt conſonantes tantūmodo quattuor: antiquorum more Græcorum: ut Chremes/Thraſo/Phylippus/Pyrrhus: Tor.

Littera quid. M·Quid eſt Littera? D. Eſt minima pars uocis compoſitæ ex litterris: ul' uox indiuidua: uel forma eius quæ ſcribi poteſt: ut Scau: Priſc.

Littera unde. M. Littera unde dicitur? D. Littera dicitur quaſi legitera quia legitur: uel ꝙ legentibus iter oñdit: uel a litura quā patitur: uel ꝙ legendo iteratur: uel a linea. Grāme enim græce Linea dicitur: Dio. Vide Sergium.

Lr̄æ qd preſtāt. M. Litteræ quid preſtant hominibus? D. Id littera preſtare hominibus dicitur: quod aqua lupinis: nam hoc leguminis genus aqua maceratū omnem merorem ac duriciem deponit. Sic homines bonarū artiū deliniti dulceſcūt: Landinus. Vide Laertiū in uita Zenonis. Glorioſa eſt enī ſcientia litteraꝝ: quoniā quod primū eſt in homine mores: quod ſecūdū uerboꝝ gratiā ſubminiſtrat.

Nomen. Figura. poteſtas. Ordo. M. Litteræ quot accidunt? D. Tria: Nomen quod dicit uel pronuntiatur. Figura qua ſcripta aſpicitur uel notat. Poteſtas autem ipſa qua ab reliquis ſegregatur: Dio. Accidit etiam Ordo: ut Iſidoro placet.

Lr̄a & Elemētū. M. Littera & Elementum differunt? D. Sane differunt. Littera quidem figura eſt poteſtatis. Elementum uis ipſa & poteſtas. Igitur Littera ſcribitur & nominatur: Elementum uero intelligitur.

Elementum. M. Quid eſt Elementū? D. Eſt illud ex quo res ipſa primo componitur: & in ea eſt: & non diuiditur ab ea: Philoſophus. v. Metha.

¶ De Grāmatica Cap. ii.

Grāmatica quid MAg. Quid eſt Grāmatica? Diſc. Grāmatica eſt ſcientia quædam: in recte loquendi: ſcribendiq; & legendi ratione conſiſtēs: quæ poetarū & ſcriptoꝝ ex hiſtoriarum expoſitionem continet: Fabius & Dio. Vel Grāmatica eſt diſciplinarum foecundum ſemen.

M.Scientia quid eſt? D.Sciẽtia eſt rei certæ ſimplex aut cum ratione cognitio: quæ ars dicitur aliquãdo: qua enĩ aliquid ſcitur.

Scientia quid.

M.Grãmatices officia quæ ſunt? D.Hec ſunt: Recte legere & ſcribere: Poetas ſcriptoreſq; enarrare: corrupta emendare: orõnis uitia ac uirtutes diiudicare: ut Fab.

Grãmatices officia.

M.Vnde dicitur Grãmatica? D.Grãmatica dicta ꝙ a litteris incipiat. Grãma ſiquidem littera dicitur: & Grãmaticus litteralis interpretatur: Grãmatica uero litteratura: ut inquit Fab.

Grãmatica uñ.
Grãma quid.
Grãmaticus qd.
Grãmatica qd.

M. Partes Grãmaticæ quot ſunt? D. Principales partes quattuor ſunt: Littera quæ Ortographia ideſt rectã ſcribendi rationẽ obſeruat. Syllaba quæ Proſodia ideſt enũtiationem ideſt accentum curat. Dictio quæ Ethimologia ideſt originationẽ queritat: hec a Cicerone notatio dicitur. & Oratio quæ Diaſinthetica ideſt compoſitionẽ dictionũ ideſt conſtructionem ſequitur: Priſc.

Orthographia.
proſodia.
Ethimologia.
Diaſinthetica.

M.Quid eſt Ethimologia? D.Ethimologia eſt uerboꝝ in uſu credibilis enuntiatio: ut Donatianus docet in fragmentis.

Ethimologia qd

M.Proſodia quid eſt? D. Proſodia latine accentus dicit̃ quæ lex eſt: ſiue regula ad eleuandum deprimendumue ſyllabã cuiuſcũq; particulæ orationis. Alio nomine Tonos dicitur apud Græcos. Fit aũt Proſodia a Pros Græca prepoſitione. quæ ad ſignificat: & ode ideſt cantus.

proſodia quid.
Tonos.
pros.
Ode.

M.Accentus quid eſt? D. Alii animã uerboꝝ: alii legẽ ſyllabaꝝ: alii regulam eſſe diffiniunt. Alii anima uocis: alii Muſices ſeminarium/ut Capelle placet: uel propria enuntiatio cuiuſq; ſyllabæ.

Accentus quid.

M.Quot ſunt Accentus? D. Tres: Grauis qui uocem deprimit: qui græce Baria dicitur. Acutus qui uocem tollit græce Toxia nominatur. Circunflexus qui uocem leuat & premit: grece Periſpomene: Diomedes & Priſcianus Sergius tamen octo ponit.

Accentus quot.
Baria.
Toxia.
periſpomene.
Accentus octo.

M. Quare inuenti ſunt? D. Sunt aut reperti propter diſtinctionem: uel propter pronũtiationem: uel diſcernen

Accentus quare reperti.

dæ ambiguitatis cauſa: Iſidorus.

Enũciatio qd. M. Quid eſt Enuntiatio? D. Enuntiatio eſt uocis uultus geſtuſq; moderatio cum uenuſtate ut Cice. i. Rheto.

pars quid & uñ. M. Quid eſt pars? D. pars eſt totius membrum: ut Nicolaus perottus docet. Dicitur autem pars ꝙ parum quidã ſit reſpectu totius. Idẽ. Vel dicitur a pari ꝙ partes ſimul iunctæ pares ideſt æquales ſint toto. Vel a pario: ꝙ pars a toto deducta quaſi parta ſit uidetur.

Accentus. M. Accentus unde dicitur? D. Accentus aũt dictus quaſi adcantus: ꝙ ad cantilenam uocis faciat nos ſyllabas cognoſcere: ut Seruius & Cariſius docent: hoc iuxta cantũ

De Conſtructione Cap. iii.

Conſtructio qd. MAgiſter. Quid eſt Conſtructio? Diſcipulus. Cõſtructio eſt congrua dictionum ordinatio: ad conficiendum orationem tendens. Cui duo accidũt: Concordantia & Regimen: priſcianus.

Conſtructionũ genera. M. Conſtructionum genera quot ſunt? D. Conſtructionum alia congrua eſt uoce & ſenſu: ut Virgilius ſcribit æneiden.

Alia congrua uoce & non ſenſu: ut Venetiæ ſunt inclyta Vrbs. Alia ſenſu & non uoce: ut pars in fruſtra ſecãt: turba ruunt in me.

Tranſitiua. Alia pretea tranſitiua: in qua actus uel paſſio principalis uerbi oſtẽditur tranſire uel inferri ab una perſona in aliã ut Corydon amat Alexim.

Intranſitiua. Alia intranſitiua in qua nec actus nec paſſio principalis uerbi oſtenditur tranſire: nec inferri ab una perſona in aliam: nec eadem ꝑſona oſtenditur agere & pati: ut deus eſt iuſtus.

Alia reciproca: in qua ſignificatur eadem perſona: agere & pati per uerbum principale: ut ego diligo me: tu diligis te: ille diligit ſe.

Alia quoq; tranſitiua: in qua oſtenditur fieri duplex tranſitio: ut Hæra rogat te ut ames ſeſe: de quibus latius priſcianus.

¶De Syllaba Cap. iiii.

Syllaba quid.

MAgiſter. Syllaba quid eſt? Diſcipulus. Syllaba eſt cōprehenſio litterarum ſub uno accentu & uno ſpiritu prolata. Vel Syllaba eſt uox litteralis: quæ ſub uno accentu & uno ſpiritu indiſtanter proferẽ. priſc. & Victo. Vel eſt unius etiam uocalis enũtiatio temporum capax Donat. in arte: Scau. & Beda. Vel litterarum conſenſus: ut Attili. monet.

Syllaba unde. Syn. Lambano. Synballo. Cōnexio. Conceptio.

M. Syllaba unde dicitur? D. A Syn ideſt con: & Lambano uerbo græco quod eſt capio. Vel a Synballo ideſt cōprehendo. Iccirco latine cōnexiones uel conceptiones dici pñt: ꝙ lr̃as cōcipiant atq; cōprehendãt: Do. & Iſid.

Syllabæ quot accidunt. Tenor. Tempus. Spiritus. Numerus. Athomũ. Vnigrama. Hexagrãma.

M. Syllabæ quot accidũt? D. Tenor. tempus & numerus litterarum. Tenor ideſt accẽtus acutus (ut ſupra) grauis & circunflexus. Tempus: unũ ſi uocalis eſt breuis per ſe (quod Athomũ metrici uocant) uel ſi una conſonãs plura ſequatur: ut caput. Vel duo tempora in longis natura uel poſitione: ut dos: ars. Spiritus aſper ut trax: lenis ut lana. Numerus: quia nō minus q̃ unius litteræ (quæ ſyllaba Vnigrãma appellaẽ) nec plus q̃ ſex litterarꝝ poteſt inueniri ſyllaba apud Latinos: ut A. ab. abs. mars. ſcrobs. ſtirps: quæ ſyllaba Hexagrãma: priſc. leges Strigīx apud Victru.

Tempus ſyllabarum.

M. Tempus in Syllabis quid eſt? D. Tẽpus eſt ipſa mora pronuntiandi. Omnis enim ſyllaba breuis unius eſt temporis (ut dictum eſt) Longa duum. Cōmunis uero unius cũ dimidio: quod perficitur arbitrio nr̃o: Dio.

¶De Dictione Cap. v.

dictio quid. Lecton.

MAg. Dictio quid eſt? D. Dictio (quæ græce Lecton dicitur) eſt minima pars orationis conſtructæ ideſt in ordinem poſite: pars autem quantum ad totius ſenſus intellectum: priſc. Vel Dictio eſt uox articulata cum aliqua ſignificatione: ex qua oratio inſtruitur: & in qua reſoluitur. Vel Dictio eſt uox litterata: ut Diogenes ait: ut dies eſt.

Dictio unde. M. Vnde dicitur Dictio? D. Dictio dicitur a dicendo id eſt ſignificando: ꝗ dicat ideſt ſignificet aliquid: Priſc. & Diom. Dictio aliquando uocatur oratoria & facũda oratio: nam dicere Oratoꝝ eſt.

Dicere.

Dictio. Syllaba. M. Differt Dictio a Syllaba? D. Differt ſane: Cum enim Syllaba ſit minima pars orationis nihil per ſe ſignificare poteſt. Dictio uero per ſeipſam aliquid ſignificare ualet: Priſc. Et aliquando littera ut/i/ monoſyllabæ dictiones eſſe poſſunt: non tamen ſincere: Priſc.

De Oratione Cap. vi.

Oratio quid. MAg. Quid eſt Oratio? D. Oratio ẽ ordinatio dictionum congruã ſententiam perfectãq; demonſtrans: Priſc. Aliter. Eſt contextus uerboꝝ cum ſenſu ideſt poſitio uel poſitus/. Contextus autem ſine ſenſu nõ eſt oratio. Inuenit̃ tamen & plena oratio in unica dictione aut ſyllaba aut littera: ut Lege/dic/i/ ubi profecto tu intelligit̃ur. Vel Oratio eſt uox ſignificatiua: quæ ex mente proficiſcitur: ut Laertio in uita Zenonis placet.

Cõtextus quid.

plena oratio.

Grãmatica. Rhetorica. M. Quotuplex eſt Oratio? D. Duplex: Grãmatica: quæ conſtat ex Nomine & Verbo: ut Plato philoſophat̃. Et Rhetorica ideſt copioſa locutio: quæ conſtat ex ſex partibus: ut O regina nouam cui condere Iuppiter urbem: Iuſtitiaq; dedit gentes frenare ſuperbas: & reliqua.

perfecta. Imperfecta. M. rurſum: Quotuplex eſt Oratio? D. Duplex: Perfecta quæ pfectũ ſenſum generat in animo auditoris: ut Virgilius ſcribit ad laudem Auguſti. Et Imperfecta: quæ imperfectum ſenſum generat in animo auditoris: ut Quintilianus docet Priſc.

Erudita. popularis. Eſt item Oratio duplex: Erudita & Popularis: illa ad eruditos pertinet. Hanc apertam eſſe debet & planam ut populo conuenit: Cice.

Species orõnis. Interrogatiua. Imperatiua. Optatiua Vocatiua. M. Orationis perfectæ ſpecies quot ſunt? D. Quinq; precipue. Interrogatiua: ut Et quæ tanta fuit Romã tibi cauſa uidendi. Impatiua: ut Maturate fugã: regiq; hec dicite ueſtro: & cætera. Optatiua: ut Atq; utinam rex ipſe noto compulſus eodẽ: Afforet Eneas.. Vocatiua: ut At prior

heus inquit iuuenes monſtrate mearū: Vidiſtis ſi quam errantem forte ſororꝫ. Enūtiatiua: ut Nauigat Eneas zc. & uix e conſpectu ſiculæ telluris: in altū uela dabant leti zc. Eſt & Pathetica ideſt miſerabilis: & miſerationibus plena: principium habet uehemens & abruptum: clauſulas breues & inciſas: quoniam indignantibus leniter ex oratione incipere non datur: & ab interrogatione incipit: nō enim mente ducuntur irati: ſed appetitu compelluntur: ut Iuno Virgiliana: Quid me alta ſilentia cogis rumpere? & ob tutū uerbis uulgare dolorem. Et Dido: Proh Iuppiter ibit hic ait: & nr̄is illuſerit aduena tectis. Et Teren. Ego ne illam: quæ illum: quæ me: quæ nō zc. obſerua Macrobiū in principio Satur. Enūtiatiua. Pathetica.

M. Orationis uitia quot ſunt? D. Tria precipue: Obſcurum: Inordinatū: & Barbarum. Sicut uirtutes duæ principales ſcilicet Proprietas & Ornatus: Dio. Orōnis uitia. Virtutes orōnis

M. Oratio unde dicitur? D. Oratio uidet̄ dicta quaſi oris ratio: Nam ut Hierony. inquit: Oratio eſt omnis ſermo loquentiū: cuius etymologia ſic explicat: Oratio eſt oris ratio. Vel dicitur e greca origine ideſt ſermocinari: phyleticus. Oratiuncula diminutiue. Orō un̄ & quid.

M. Partes orationis quot ſunt? D. Octo: Nomen Verbū Participium & Pronomen. Prepoſitio. Interiectio. Aduerbium & Coniunctio: Donat. Orōnis partes.

M. Quid eſt pars orationis? D. Eſt uox indicans mentis conceptū: priſc. Sed principales duæ: Nomen uidelicet & Verbū. Ex his enim duabus eſt omnis dicendi uis: ut placet Ariſto. Iſidorus tamē Triginta ponit: quæ in his duabus reuertuntur. Orōnis pars qd Orō. ptes quot.

M. Quot ſunt declinabiles? D. Quattuor: Nomen: uerbum: participiū: & pronomen. Reliquæ ſunt indeclinabiles: Prepoſitio: aduerbium: interiectio: & coniunctio: Donat. quæ appendices dicuntur ab Iſidoro. Declinabiles. Indeclinabiles. Appendices.

Magiſter. Ex omnibus quot ſunt caſuales? Diſci. Partes caſuales ſunt tres: Nomen. pronomen & participium: Donat. Caſuales.

C

Nomen quid.

M Ag. Quid eſt Nomen? D. Nomen eſt pars oratio-
nis/corpus aut rem proprie/cōmuniterue ſignificās.
Proprie: ut Roma/Tybris. Cōmuniter: ut Vrbs/flumen
Donat. Vel: Nomen eſt ipſius rei declaratio: Phus. Vel
propriū uocabulū ſingulorꝫ: Marcellus. Vel: Nomē eſt
dictio caſualis: per quā fit nominatio rei: Cice.

Nomen unde.

M. Nomē unde dicitur? D. Nomen dictū quaſi notamē
ta ſyllaba admota: ꝙ unāquanqꝫ rem notet. Vel a græco
Onoma: Dio. Vel Nomen ab ea græca uoce dicit: quæ
latine tribuo ſignificat. Nulla enim res extat: cui non ſit
aliquod nomen attributū. Illūqꝫ uere ſapientem eſſe tra-
diderunt: qui potuit rebus omnibus nomen offerre: qui
Adam ſolus fuit humani generis parens: Phyle.

Noīm īpoſitio. Verus ſapiēs. Adam.

M. Nominū formulæ caſuales quot ſunt? D. Sexſenaria
aut Hexaptota: cum nomen per ſex caſus declinatur: ut
Vnus & Solus. Quinaria aut Pentaptota: cū per quinqꝫ
caſus obliquos: ut pater: mater. Quaternaria aut Tetra-
ptota: cum per quatuor caſus obliquos: ut puer & aper.
Ternaria aut Triptota: cū per tris caſus obliquos flectiē
ut fabula. Binaria aut Diptota: cū per duos caſus: ut ſpon
te ſpontis. Simplex aut unica aut Aptota aut Monopto-
ta: cū per unicū caſum: ut pondo: Dio. & Iſido.

Hexaptota. pentaptota: Tetraptota. Triptota. diptota. Aptota. monoptota.

M. Poeta quare eſt nomē? D. Quia ſignificat ſubſtantiā
& qualitatem propriā uel cōmunem cū caſu. i. compoſi-
tionem formæ cū materia: Donat.

Subſtantia qd. Hypoſtaſis.

M. Quid eſt Subſtantia? D. Subſtantia (quā Græci Hy
poſtaſin uocant) proprie eſt quæ per ſe ſtat: nullis admi-
niculis fulta. Vel: quæ accidenti ſeu qualitati ſubſtat atqꝫ
ſubſiſtit: porphirius. Ponitur & pro materia: ut oīs Sub-
ſtantia orationis tendit ad pacem: Cice.

Qualitas quid. piotis.

Mag. Qualitas quid eſt? D. Qualitas (quæ Piotis græ
ce dicitur) in nomine eſt accipens: per quod proprium
nomen a cōmuni diſtinguitur: porphi.

Grāmaticus. Logicus.

M. Grāmaticus & Logicus cōueniūt in hoc? D. minime
Hic ſm rem & naturā accipit qualitatē & ſubſtantiā. Il-

le uero ſm modū ſignificandi tantum:tamen illud quod per ſe ſignificat(ut per ſe ſubſiſtens)uocat Subſtantiā:id a quo illud innoteſcit uocat Qualitatē Logicus. Vnde cui nomen imponitur uocat Subſtantiam Grāmaticus: a quo imponitur Qualitatem.

M.Nomini quot accidunt? D.Quinq;:Species.Genus. Numerus.Figura & Caſus:Do.& Dio. Neoteriti comperationem ſubtrahunt.

M.Quid eſt Accidens? D. Accidens(quod græci Symbebicos uocant) eſt quod adeſt uel abeſt preter ſubiecti corruptionē hoc oppoſitum ſubſtantiæ:porphi. **Accidens. Symbebicos.**

M.Poeta cuius ſpeciei? D.deriuatiuæ:nā a poeſis deriuatur.Eſtq; poeſis textus ipſe ſcriptorum : & corpus totius operis effecti:ut Ilias & Eneis. Sicut poema inuētio parua:Nonius. Vel poeſis eſt feruor quidam exquiſite inueniendi atq; dicendi ſeu ſcribendi: quod inueneris. Sane quod ex hoc tam acuto dicēdi ordine proſilibat poema dicebatur. Nam poeſis ex dei gremio originem ducere creditur:Certaldus. **poeſis quid.** **poema.** **poeſis origo.**

M.Poeſis unde dicitur? D. Poeſis(unde plurimi minus aduertenter exiſtimant) nō dicitur: ꝙ idem ſonat quod Fingo fingis:quinīmo a poetes uetuſtiſſimo græcorum uocabulo:latine ſonans exquiſita locutio:Certaldus. **poeſis unde.** **poetes.**

M.Species propriorum nominū quot ſunt? D. Species (quas Græci Eidos uocant) quattuor ſunt: Prenomen: quod nomini proprio preponitur differentiæ cauſa: uel coniunctionis confirmādæ:idq; aut una:aut:duabus:aut tribus litteris explicatur:ut: p/publius. Gn/Gneus. Sex/Sextus:priſc. Nomen eſt proprie uniuſcuiuſq; ſuum:ut Cornelius. Cognomen eſt cognationis nomen:ut Scipio:quod ab agricultura emanaſſe uolunt:ut Cicerones piſones:Lentuli: Fabii: Scipiones. Agnomen uero eſt id quod ab aliquo euentu imponitur:& a tribus accipit: ab euentu:ut Aphricanus.a corpore:ut plato: Colūnella.ab animo:ut pius Eneas: Tarquinus ſuperbus.Obſerua priſc.& Sergi. **Species quot. Eidos. prenomen:** **Nomen.** **Cognomen.** **Agnomen.**

Corporale. Incorporale. Omonymū. Synonimū. Adaliqd dictū. q̄ſi adaliqd dictū. Relatiuū. Collectiuū. Diuiduū. Fictitium. Generale. Speciale. Ordinale. Abſolutū. Localc. Poſſeſſiuū. Comperatiuū. Superlatiuū. diminutiuū. denominatiuū. Verbale. Participiale. Aduerbiale. Patronymicū. Numerale. Appellatiuū. proprium. Subſtantiuū. Adiectiuū. diſtributiuū. partitiuū. Genera noīm. Totius gn̄is. Genus quid. Genos. Geneſis.

M. Da ſpecies tam primitiuoꝝ q̄ deriuatiuoꝝ nominū. D. Corporale: ut homo. Incorporale: ut anima/uirtus. Omonymū: ut nepos. Synonimū: ut enſis gladius. Adaliquid dictū: ut pater filius. Quaſi adaliquid dictum: ut nox dies. Interrogatiuū: ut quis qualis. Relatiuū: ut qui quæ quod. Collectiuū: ut plebs populus. Diuiduum: ut uterq;. Fictitiū: ut turtur tarantara. Generale: ut animal arbor. Speciale: ut laurus corilus. Ordinale: ut primus ſecundus. Abſolutū: ut ens deus. Locale: ut propinquus lōginquus. Poſſeſſiuū: ut Euandrius enſis: mulionicus clamor. Comperatiuū: ut fortior maior. Superlatiuū: ut fortiſſimus aſperrimus. Diminutiuū: ut regulus igniculus. Denominatiuū: ut ſaxoſus ſalebroſus. Verbale: ut lector lectio. Participiale: ut amandus colendus. Aduerbiale: ut hodiernus craſtinus. Patronymicū: ut priamides priamis. Numerale: ut duo tres. Propriū: ut penelope Vliſſes. Appellatiuū: ut Leo animal. Subſtantiuū: ut liber codex. Adiectiuū: ut bonus malus. Diſtributiuū: ut pars alter. Partitiuū: ut quilibet quicunq; quidā aliquis: de quibus in calce Nominis dicetur abunde.

M. Poeta cuius generis? D. Maſculini. Genera enim ſeptem ſunt: Maſculinū uel primū: ut hic poeta. Fœmininū uel ſecundū: ut hæc muſa. Neutrū uel tertiū: ut hoc ſcamnum. Commune uel quartum: ut hic hæc homo. Omne uel quintū aut totius generis: ut hic hæc hoc fœlix. Promiſcuū ideſt ſubcōmune uel ſextū: ut hic miluus. Incertum uel dubiū aut ſeptimū: ut hic uel hæc dies: Dio.

M. Quid eſt Genus? D. Genus (quod græce Genos geneos dicit) eſt exploratio ſexus: Dio. Vel: Genus eſt cuiuſcunq; rei generatæ principiū: porphi. Vel: Genus eſt quo cuiuſlibet rei qualitas oſtenditur: Victro. in Rheto. Aut: Genus eſt pluriū ac manetiū nationum conceptio Laertius.

M. Vnde dicitur Genus? D. Genus dicitur a generando proprie quod generare poteſt maſculinū & fœmininū: Dio. Vel: Genus dicitur a genos ideſt natura: unde Ge-

neſis ideſt generatio aut genitura. Gen eratio. Genitura.

M. Numeri nominũ quot ſunt? D. duo: Singularis: principalis: unius: primi: prioris: unici. & primæui: ut homo Pluralis: ſecũdi: multitudinis: dualis: & plurimi: ut hoĩes.

M. Numerus quid eſt? D. Numerus eſt incremẽtũ quãtitatis ab uno ad plura procedens: Dio. Vel: Numerus eſt unitatũ pluralitas aut collectio: Phus. x. Metha. Vnus uero nõ eſt numerus: ſed principiũ numeri ideſt ſemen. Vnus quid. Vnus itẽ merito poteſt & debet appellari cõtinuatio rei alicuius: ut linea ex punctis: uel Noma ideſt unitas: Macrobius & Iſidorus. Noma quid.

M. Figuræ nominũ quot ſunt? D. Figura (quæ græce typos) triplex eſt. Simplex: ut animus/ & naturalis eſt. Cõpoſita: ut magnanimus/ & artificialis. Decõpoſita: ut magnanimitas: quæ ex utroꝗ fit: Dio. & Sergi. Figuræ quot. Typos.

M. Quid eſt Cõpoſitio? D. Compoſitio eſt uniuſcuiuſꝗ ptis compoſitæ in ſua uirtute permanſio: cum pars iuxta partem ponitur Philoſophus de genera. & corrup. Cõpoſitio quid.

M. Da dictionem cõpoſitam. D. Dictio compoſita eſt illa: quæ diuidi poteſt in duas intelligibiles partes prioris ſenſus capaces: ut Impius. Cõpoſita dictio quid.

M. Figura quid eſt? D. Figura eſt diſcrimen ſimplicium dictionũ & compoſitarum Dio. Dicitur autem Figura a fingendo ideſt componendo. Figura quid. Figura unde.

M. Quot modis fit cõpoſitio? D. Tribus: ſcilicet ex duobus rectis: ut Equeſromanus: & ambo uariãtur: ut huius equitiſromani. Ex recto & obliquo: ut paterpñiæ: & tũc rectus dũtaxat flectitur: ut huius patriſpatriæ. Itẽ ex duobus obliquis ex quibus nullus flectitur: ut hmõi. Aliquãdo ex cõpluribus: ut imperterritus: Priſcianus. Compoſitionũ modi.

M. Caſus nominũ quot ſunt? D. Nominatiuus: qui primus & rectus. Genitiuus: qui ſecundus patrius & poſſeſſiuus. Datiuus: qui tertius cõmendatiuus. Accuſatiuus: q quartus & cauſatiuus. Vocatiuus: qui quintus & ſalutatorius. Ablatiuus: qui ſextus cõparatiuus & latinus dicitur: qui icc irco proprius eſt Romanoꝝ: priſc. Caſuũ noĩa.

Genitiuus quare patrius & poſſeſſiuus.

M. Genitiuus quare dicit̃ patrius & poſſeſſiuus? D. quia per eum patronymica & poſſeſſiua reſoluũtur: ut priamides priami filius Hector: Hectoreus equus ideſt Hectoris ſonipes. Et ſic cæteri caſus ab officiis dicuntur.

Caſus. proſis.

M. Quid eſt Caſus? D. Caſus (qui proſis græce dicitur) eſt declinatio nominis: uel aliarum caſualium dictionũ quæ fit maxime in fine: priſcianus. Vel: Caſus eſt quidã gradus declinatio a cadendo dictus: quia per eum Nomen a prima ſui poſitione inflexu cadit: Dio. & Iſido.

Recti quot. Obliqui quot.

M. Recti quot ſunt? D. duo: Nominatiuus: & Vocatiuus. Ideo obliqui ſunt quattuor: Genitiuus. Datiuus. Accuſatiuus & Ablatiuus. Nominatiuus tamen improprie dicitur caſus: quia per ſe ſtat & a nullo cadit ut cæteri caſus: Donatus. Diomedes.

Ntũs unde.

M. Nominatiuus unde dicitur? D. Is a nominando dicitur: quia per eum nominatio fit: ut nominetur iſte Homerus: iſte Virgilius: priſcianus.

Genitiuus.

Mag. Genitiuus quare dicitur? D. Quoniam obliquos omnes ſequentes generat. Datiuus autem a dando. Accuſatiuus ab accuſando. Vocatiuus a uocãdo. Ablatiuus ab auferendo dicitur: priſcianus.

De prima declinatione Cap. viii.

decli. nominũ. prima per quot genera declinat̃

MAgiſter. Nominũ declinationes quot ſunt? Diſcipulus. Quinq;: quarum prima facit Genitiuũ ſingularẽ in æ diphthongon: ut huius poetæ: quæ per tria genera declinatur ſcilicet: Maſculinũ: ut hic poeta. Fœmininũ: ut hæc muſa. Cõmune: ut hic & hæc aduena: priſc.

Magi. Quot terminationes habet? Diſcipu. Quattuor: As: ut. Eneas. Es: ut Anchiſes. A: ut poeta. Am: ut Adã: priſcianus.

Mag. Quot terminationes Genitiuus habet? Diſcipu. Quattuor: in As longam more Græcorum: ut huius familias. Hinc Ennius dixit: Dux ipſe uias pro uiæ. In ai: ut pictai/aulai: ubi eſt reſolutio Græci diphthongi: ut penes nos ai tranſit in æ. In es longam: ut huius penelo-

As. Ai. Aes.

pes: Libyes. In æ:ut huius poetæ. Datiuus quoq; in æ & in e purũ deſinit:ut huic poetæ: & huic ponelope: Seru. & priſcianus. Ae.

Magiſter. Accuſatiuus quomodo exit? Diſcipul. In am: ut hunc poetam. Sed propria Græca in as:in a & in es faciunt Accuſatiuũ in an & in am: ut hunc Aenean: Anchiſen: Aeneam: Anchiſem. hanc Aeginan Aeginam: priſcianus.

Magiſter. Vocatiuus & Ablatiuus quomodo finitur? D. In a:ut o poeta:ab hoc poeta. In e: ut o Anchiſe:ab hoc Anchiſe. Interdum in a:ut o Anchiſa: ab hoc Anchiſa: Fab. docet.

M. quo pacto Nominatiui & Vocatiui plurales finiunt? D. in æ diphthongon:ut hi poetæ:o poetæ. Genitiui uero in arum:ut poetarum:niſi per ſyncopen proferantur: ut Grauigenũ & dardanidũ: priſc. Nominatiui & Vũ finis.

Magiſter. Datiui & Ablatiui plurales quomodo exeunt? Diſcipulus. In is longũ:ut his poetis: ab his poetis. preter hos caſus:ut his, & ab his filiabus:natabus: libertabus deabus:mulabus: ſeruabus: equabus & aſinabus: ut Vallæ placet. Accuſatiuus in as:ut hos poetas: has aduenas: datiui & Ablatiui in abus.

M. Barbara quomodo flectuntur? D. Hic Adam: huius Adæ:huic Adæ:hunc Adam: o Adam:ab hoc Adã. Sic Adam per omnes caſus:ſic Habraã & his ſimilia. Noĩa barbara.

¶ De Diphthongis Cap. xi.

MAgiſter. Quid eſt diphthongus? Diſc. diphthongus eſt duarũ uocalium uim ſuam ſeruantium in eadem ſyllaba complexio: Tor. diphthõgus qd.

Magiſter. Vnde dicitur diphthongus? Diſcipulus. Diphthongus dicta eo ꝙ dis phthongos hoc eſt duas uoces comprehendit. Nam ſingulæ uocales duas uoces habent: priſcianus.

M. Diphthongi quot ſunt? D. Diphthongi quibus nũc utimur ſunt quattuor uidelicet Au, eu: quæ ſcribuntur & proferuntur:ut aula, euterpe. Ae & œ ſcribuntur & non

proferuntur:ut ſæpe:ſœnũ.Ei preterea diphthongo greca illorꝫ more ſunt uſi latini:ut Ilionei Promethei Oilei priſcianus.

Au. Eu. Ae. Oe.

M.Au & eu quot tẽpora habent? D.Duo:quia in his ſonus duarũ uocaliũ integer in unã tantũmodo ſyllaba cõſeruatur.In æ & œ unũ tantũmodo & ſemis:Tor.

M.Diphthongus quanta? D.Vbiqꝫ longa:niſi interdum ſequente uocali:ut apud Virgilium: Stipitibus duris agitur ſudibuſue præuſtis:Seru.

De Secũda declinatione Cap. xii.

MAg. Secũda declinatio per quot genera declinatur? D.Per tria:Maſculinũ:ut hic magiſter. Fœmininũ:ut hæc Gliceriũ.Neutrũ:ut hoc ſcamnũ:priſc.

M.Quot terminationes hæc ſecunda habet? D.Sex:Er ut Teucer. Ir ut uir. Vr ut ſatur. Eus ut Orpheus. Vs ut dominus. Vm ut templum:priſc.

Genitiuus in/i/ ei/eo/eos.

M.Genitiuus huius ordinis quomodo finitur? D.In/i/lõgum:ut huius templi. Poetæ tamen apocopen ideſt per litteræ ſubtractionem metri cauſa proferunt: ut peculi: tuguri.Græca tamen in eus:in ei:eo:eos emittunt genitiuũ: ut huius Orphei:huius orpheos: huius orpheo: ut Non mutũ caput orpheos ſequebar:priſc.

M.Datiuus & Ablatiuus quomodo terminantur? D.In o/ut huic domino:ab hoc dño.Formanturqꝫ a genitiuis in o/uerſo: ut domini domino. Sed predicta etiam in/i/ faciunt:ut huic Orphi:Theſei:priſc.

Actũs in on.

M.Da Accuſatiuũ ſingularem.D.Accuſatiuus in um deſinit:ut hunc dominũ: Sed in eus hunc etiam in a/ emittunt:ut Orphea:Thydea:Theſea .Inuenitur etiã græcorum Accuſatiuus in on:ut hunc Thydeon: pactolon:orpheon:Lege priſc.

M.Proſequere Vocatiuũ.D.Si Vocatiuus uenit ab/r/& um eſt ſimilis Nominatiuo:ut o magiſter: o templũ. Si ab us/ tunc us mutatur in e:ut o domine.Si ab eus uenit: ſubtracta/s/littera facit Vocatiuũ:ut o Theſeu:o orpheu

Si a propria habentia /i/ ante us fit Vocatiuus ut o Virgi li: Iuli. Legitur quoq; o deus o fili & filie: o populus o le: o fluuius uie: o agnus gne: o uulgus ge. lege Priſc.

¶ De Tertia declinatione Cap. xiii.

Mag. Tertia declinatio per quot genera flectitur? Diſ. Per omnia genera nominũ. Habetq; terminationes omnis: Cuius genitiuus in is correptũ terminatur: ut huius patris. Excipitur huius uis: qui producitur. Legitur & huius Didus: Saphus: Alectus & cætera huiuſmodi more Græco. Tertia per quot genera flectitur.

M. Da etiam Datiuũ. D. Datiuus in /i/ productũ terminatur: & fit a Genitiuo ſublato s: ut huius patris: huic patri. Sed a Græcis deſcendentes aliquando corripiuntur: ut huic Phyllidi: lege Priſc. Datiuus.

M. Accuſatiuus quomodo finitur? D. Vt plurimũ in em ut hunc patrem. Aliqñ in im: ut turrim puppim. Quandoq; in a: ut lampada æthera. Nonnunq̃ in on: ut hunc Athon. & in o: ut hanc Dido: ut/ miſeramq; relinquere Dido: & luctificam electo. Neutra uero in omni declinatione tris ſimiles caſus dant: ut hoc Corpus: hoc corpus: o corpus. Accuſatiuus.

M. Proſequere Vocatiuũ. D. Vocatiuus eſt ſimilis Nominatiuo: ut o pater. Sed quædam græca in a /in as/ & in an emittũt Vocatiuũ: ut o Palla: o pallas: o pallan. Quædam in i: ut o Pari: o Thybri. & in es: & in e: ut o Chremes: o Chreme. & in on: ut o Synon: Lacoon. Vocatiuus.

M. Ablatiuũ exhibe. D. Ablatiuus finitur in e: ut a patre preneſte: gauſepe: ſoracte. & in i: ut ab omni: ceruicali: utili: lege Priſc. Ablatiuus.

M. Da Nominatiuũ: Accuſatiuũ: & Vocatiuũ pluralem D. Hi caſus in es terminantur: ut hi patres: hos patres: o patres. Et in ia: ut fœlicia: omnia. Et in ra: ut corpora: tẽpora & cætera: lege eundem. Cæteri caſus.

M. Genitiuus pluralis quo pacto ſe habet? D. In um: ut hoꝝ patrum. In ium: ut cubiliũ: fœliciũ. Aliqui ſyncopã

D

tur:ut ſapientum/legentum. in orum:ut fortiorꝫ. in rum: ut ueterum. in cum: ut artificum. in gum: ut coniugum. in pum:ut principum in lum:ut ſobolum. in ſum:ut hereſum. in tum:ut capitum: & cætera hmõi.

¶De Quarta declinatione. Cap. xiiii.

Quarta p quot genera declinatˀ

Magiſt. Quarta per quot genera flectitur? D. Per tria: Maſculinũ:ut hic uiſus. Fœmininũ: ut hæc manus: Neutrũ:ut hoc cornu:genu. Habetq; terminationes dũtaxat duas:us & u:ut auditus & gelu:lege priſc.

Mag. Perge modo ad reliquos. D. Genitiuus & Vocatiuus ſingularis. Nominatiuus Accuſatiuus & Vocatiuus pluralis terminãtur in us:ut huius uiſus:o uiſus. hi uiſus: hos uiſus:o uiſus. lege Gellium.

M. Dic Datiuũ & Accuſatiuũ ſingularẽ. D. Fit Datiuus in ui:ut huic uiſui: ſenatui. Accuſatiuus in um finitur:ut hunc ſenatum uiſum. Ablatiuus inſuper u:ut ab hoc Senatu:uiſu. Quinetiam & Genitiuus pluralis in um terminatur:ut horꝫ Viſuũ:cornuũ. lege Gellium.

M. Datiuus & Ablatiuus pluralis quid ſibi uult? D. Hi ſibi uolunt ibus:ut his & ab his uiſibus:cornibus. Quædã uero nomina ubus exigunt differẽtiæ cauſa: ut his & ab his arcubus:portubus:lacubus:acubus:partubus:ficubus quercubus:ſpecubus:queſtubus. lege priſc.

¶De Quinta declinatione Cap. xv.

Quinta declina. per quot genera flectitur.

Mag. Quinta per quot genera flectitˀ? D. Per tria: Maſculinũ:ut hic meridies. Fœmininum:ut hæc res. Incertum:ut hic uel hæc dies. Et unam duntaxat habet terminatione m es longum.

Genitiuus.

M. Huius Genitiuus quomodo finitur? D. In ei diuiſas ſyllabas: ut huius diei: rei. Olim etiã in es:ut Libra dies ſomniq; pares. Et in ii:ut Munera letitiãq; dii. lege Gellium & Seruiũ.

M. Da reliquos caſus. D. Datiuus in ei finit:ut huic diei. Actũs in em:ut hunc diem. Vtũs ſingularis: Ntũs Actũs pluralis in es: ut hi dies:hos dies:o dies. Abltũs in e: ut

ab hoc die. Grūs dualis in erum: ut dierum. Dtūs & Ablatiuus pluralis in bus: ut his & ab his diebus. Gellius.

M. Quid eſt declinatio? D. Declinatio eſt ex uerbo in uerbum uocis cōmutatio: Varro. declinatio quid.

¶ De Interrogatiuis Cap. xvi.

M Ag. Quid eſt nomen interrogatiuū? D. Interrogatiuū nomē eſt rei dubiæ uel tanq̄ dubiæ poſtulatiuū. Interrogatiuum quid ſit. Item Interrogatio eſt rei dubiæ uel tanq̄ dubiæ poſtulatio: Priſcianus. Interrogatio qd

M. In quot partes diuiditur? D. In duas: ſcilicet Interrogatiuū ſubſtātiæ: ut qui: quæ/quod/quid/uter. Et interrogatiuū accidentis: ut qualis/quantus/cuias/quotēnis zc. Interrogatiuum quotuplex.

M. Quot modis fit Interrogatio? D. Pluribus: Aliqñ ſimpliciter: ut Sed uos qui tandē. Aliqñ figurate oſtandi grā ut Quouſq; Catelina abuteris patientia noſtra. Aliqñ interrogamus quod negari nō poteſt: ut Dixit ne tandē. C figulus facula. Itē ubi difficilis eſt reſponſio: ut Quomō hoc fieri poteſt. Item inuidiæ cauſa: ut quas peti terras iubes. Aut miſeratiōis: ut Hem quæ me inquit tellus: quæ me æquora poſſunt accipere? Aut indignationis fit: ut Ego ne illam: quæ illū: quæ me: quæ non zc. Modi interrogationū.

M. Fit ne reſponſio per eundem caſum: per quem fit interrogatio? D. Maxime: niſi eundem modū ſeruare non licet: aut uocabulum deſit: aut uerbum aliū poſt ſe requirat caſum: ut ſi rogeris Quotēnis es? potius dixeris centum annoꝝ & uiginti q̄ Centennis & uigennis. Quomdo fit Interrogatio.

¶ De Relatiuis Cap. xvii.

M Ag. Quod eſt nomen Relatiuū? D. Eſt cognitionis antelatæ repreſentatiuū. Item Relatio eſt cognitiōis antelatæ repreſentatio: Priſc. Relatiuū quid. Relatio quid.

M. Quotuplex eſt Relatiuū? D. Quadruplex: Subſtātiæ ut qui/quæ/quod. Accidētis: ut qualis quātus. Identitatis ut idem. Diuerſitatis: ut alius unus: Priſc. Preterea Relatiuū Subſtantiæ antecedenti & ſubſequenti ſubſtantiuo coniūgi pōt: uel propriū: uel appellatiuū nomen ſequaē Spēs Relatiui.

hoc modo: Eſt locus qui uel quod hodie Senaculum appellatur: Eſt in carcere locus qui uel quod Tullianũ appellatur. Eo Ardeam: quæ uel quod eſt oppidũ latinoꝝ.

¶ De Poſſeſſiuis Cap. xviii.

Poſſeſſiuũ. Creticum.

M ag. Quod eſt nomẽ poſſeſſiuũ? D. Poſſeſſiuũ quod aliqui Creticũ appellant eſt illud: quod cũ Genitiuo principali ſignificat aliqd ex his quæ poſſidentur: ut Euãdrius enſis: priameia uirgo: Priſc. & Iſido.

poſſeſſiua unde.

M. Poſſeſſiua unde deſcendunt? D. A propriis nominibus: ab appellatiuis: & a cuiuſcunq generis nominibus ut infra patebit.

poſſeſſiuoꝝ terminationes.

M. Quomodo terminantur poſſeſſiua? D. Terminãtur in cus: ut Ithacus. In eus: ut Ceſareus. In æus diphthongo: ut Sabæus. In us breuem: ut Martius. In ius longũ: ut Chius. In ria: ut Hiſtoria. In um: ut Attramentarium. In ous: ut Eous. In us: ut Romanus/ Caſtrinus. In gnus: ut Benignus & cætera: lege Priſc.

¶ De Comparatiuis Cap. xix.

Cõpatiuũ quid.

M Ag. Quid eſt nomen Comparatiuũ? D. Comparatiuũ eſt illud quod cũ poſitiui intellectu: uel cũ aliquo pricipe ſenſu & magis aduerbiũ ſignificat: ut fortior magis fortis. Interior magis intus q̃ ille qui intus eſt: priſc.

Cõpatio quid

M. Quid eſt Comparatio? D. Comparatio eſt uel ſimilium: uel diſſimiliũ: uel maioꝝ ad minora: uel minorũ ad maiora collatio: Priſc.

Gradus quot.

M. Cõparationis gradus quot ſunt? D. Tres: Poſitiuus ut fortis. Comparatiuus ut fortior. Superlatiuus ut fortiſſimus: Priſcianus.

Poſitiuus quid.

M. Quare dicitur poſitiuus? D. Quia primus ponitur in gradu comparationis. Comparatiuus autem ſecundus. Superlatiuus uero tertius. Eſt autem poſitiuus omne id unde Comparatiua & Superlatiua formantur: ut Fortis fortior fortiſſimus. Obſerua Iſidorũ. i. Ethimo.

Cõparatiua unde naſcuntur.

M. Cõpatiua unde formantur? D. Si poſitiuus eſt cau

ſalis a primo caſu deſinente in/i/addita or:ut pulchri pul
chrior: & ab illis maxime poſitiuis: qui incrementũ aut
diminutionem recipere poſſunt:lege priſc.

Compatiua cuius generis.

M.Cuius generis Compatiua? D. Cõmunis:preter Iu-
nior ut aiunt & Senior:quæ ſunt maſculina:& ſunt tertii
ordinis:ut fortioris & pulchrioris. Item a neutra eorum
uoce formantur diminutiua:ut fortiuſculus & grandiuſ-
culus:de quibus latius infra dicetur.

Comparatiuoꝝ conſtructio.

M.Quomodo conſtruuntur Compatiua? D.Cum Ntõ
cum q̃ preter interrogãdo aut negãdo: ut Quis doctior
Virgilio? & nemo doctior Varrone. Tunc enĩ ut aiunt:
Ablatiuo iungitur. Vel conſtruitur cũ Ablatiuo ſine q̃:
uel cum caſu cũ prepoſitione: ut Sum fortior te:uel q̃ tu:
ex illis & inter iſtos:Priſc.Item dicimus ſum plenior ri-
marũ uel rimis.Et cum Ablatiuo ſignificante exceſſum:
ut Poliphemus fuit altior Vlixe decem ulnis.

De Superlatiuis Cap. xx.

Suplatiuus quid

MAg.Quid eſt nomẽ Superlatiuũ? D.Eſt illud quod
ad plures ſui generis comparatũ ſupponitur omni-
bus:ut fortiſſimus Græcoꝝ fuit Achilles ideſt ſuper om
nes Græcos:Priſc.

Suplatiuoꝝ terminationes.

M.Superlatiua quot modis terminantur? D.Octo:In ri
mus: ut pulcherrimus. In ſimus: ut fœliciſſimus. In li-
mus:ut facilimus.In timus:ut optimus. In ximus:ut ma
ximus.In nimus:ut minimus.In remus:ut extremus.In
fimus:ut infimus.

Superlatiuorum conſtructio.

M.Quos caſus exigunt Superlatiua? D.Genitiuũ plura
lem:uel ſingularem nominũ collectiuoꝝ: uel caſum cũ
prepoſitione:ut Varro fuit doctiſſimus Romanoꝝ: Ty
tides fortiſſimus gentis: Nero crudeliſſimus Imperato-
rum & inter Imperatores. Dicimus etiã Numa pompi-
lius fuit moribus omniũ ornatiſſimus: & proxime Hyſ
paniam Mauri ſunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De Diminutiuis Cap. xxi.

diminutiuũ qd

M Ag. Quod eſt nomen Diminutiuũ? D. diminutiuũ nomen (quod Græci Hyppocoriſticon dicũt) eſt illud quod diminutionem ſignificat: ut igniculus: fraterculus: lege priſcianũ.

diminutiuorum terminationes

M: Diminutiua quomodo terminãtur? D. In ulus terminantur/ula/ulum: c/littera precedente: ut Igniculus: anicula: corculum. Et abſq; c/ut Tantulus: ſiluula: capitulũ. In olus ola lum: ut aureolus: unciola: laureolũ. Item in ellus la lum: ut agnellus: capella: lucellum. In illus la lum: ut homullus: maxilla: uillũ. In leus: ut equuleus. In aſter: ut ſurdaſter: pinaſter: q̄uis hæc imitationem ſignificent: Pli. li. vi. cap. ii. ait. pinaſter nil aliud eſt q̄ pinus ſilueſter

In aſter.

M. Quot de cauſis utimur diminutiuis? D. Quattuor: Neceſſitatis: ut igniculus. Vrbanitatis: ut ingeniolum. Adulationis: ut corculũ: ſororcula. Contemptus: ut homuncio: popellus. Et hmõi nomina diminutionem ſuorum primitiuoꝝ abſolute demonſtrant: latius priſc.

De Patronymicis Cap. xxii.

pronymicũ qd
Quid ſignificat.

M Ag. Quod eſt nomen patronymicum? D. Eſt illud quod a propriis nominibus tantũmodo patrũ proprie deriuatur: ſm græcam formã: & ſignificat proprie filium: uel neptem improprie: filiã uel neptem ſui primitiui: ut Priamides: ideſt priami filius proprie: abuſiue etiã nepos. Et priamis: ideſt filia uel neptis priami: quo quidem nomine in Carmine duntaxat utimur.

pronymicorum terminationes.

M. Patronymica quot terminationes habent? D. Quattuor: Des: ut priamides. Is: ut priamis. As: ut pelias. E: ut Nerine: Andraſtine: priſc.

pronymica cuius generis.

M. patronymica cuius generis? D. In des terminata maſculina ſunt: & primi ordinis. In is: & in as fœminina: & tertii. In e/ ſiue propria ſiue patronymica ſint hoc modo flectuntur: ut Hæc Nerine: nes: ne: nen: o ne: a ne. Sic Lybie: penelope: Euterpe.

Vnde dicunt pa tronymica.

M. Vnde patronymicũ dicitur? D. patronymicum dictũ quaſi pr̃is nomẽ: nam patyr/pater dicitur: onoma/nomẽ.

Vel q̄ ſub pr̄is noīe ſignificat filiū: ut priamides.i. Hector: & ex patre & onoma compoſitū: ſed o in y uertit͞. Appellatiuū q̄d.
M. Da nomen appellatiuū. D. Nomen appellatiuū dicitur illud: quod pluribus cōuenit: ut hic poeta: & ſic pluralem numerū recipit. Propriū uero quod uni ſoli cōuenit ut plato: iccirco pluralem numerum nō recipit: quia in uno pluralitas eſſe non poteſt: Seruius in arte.

M. Da Subſtantiuū. D. Nomē ſubſtantiuū uel fixum eſt illud: cui unus articulus preponitur: ut hic poeta: uel duo ad plus: ut hic & hæc Homo. Subſtantiuū q̄d. Fixum.

M. Vnde dicit͞ poeta? D. A pieo uerbo græco: quod eſt facio uel fingo. Eſt autem poeta is qui fingit elegātia carmina uel uerſus. Vel poeta eſt pictor loquēs: ſicut pictor eſt poeta tacens. Is preterea eſt infra deū: & ſupra hoīes. poeta quid. poeta unde.

Orator uero eſt uir bonus: & dicendi peritus: Cato ait. Eſt etiam Orator cui cauſa defendenda mandatur: Do. Orator quid.

M. Vir bonus quis eſt? D. Is eſt uir bonus: qui uel ſua uel aliena prudentia regitur: Car. Vel is eſt: qui prodeſt quibus poteſt & nemini nocet: Lact. Fir. Vel eſt: ut ex Valerio max. & Cic. colligitur: Omnibus enim uirtutibus inſtructos atq; ornatos uiros bonos nominamus. Aut uir bonus eſt rariſſima uirtus. Vir bonus q̄d.

M. Da nomē adiectiuū. D. Adiectiuū uel mobile nomē q̄d & Epithetū uel ſuppoſitū appellat͞ eſt illud q̄d tris habet articulos: ut hic & hæc & hoc fœlix. uel tris diuerſas uoces: ut bonus bona bonū. uel duas uoces & tres articulos: ut hic & hæc omnis & hoc omne: priſc. & Iſid. Adiectiuū. Mobile.

M. Quot adiectiuoꝝ ſp̄es? D. Tres: Alia enī p̄fecta ſunt uoce & ſignificatiōe: ut bonus malus. Alia uoce & nō ſignificatiōe: ut nullus. Alia ī uoce deficiūt: ut pauꝑ regnū. Sp̄es adiectiuorum.

M. Quibus adiicitur nominibus adiectiuū? D. propriis uel appellatiuis: ad eoꝝ qualitatē uel quantitatē manifeſtandam: ut bonū animal: magis homo.

M. Quid ſignificat adiectiuū? D. Laudem aut uituperationem: aut accidens: ut Iuſtus aut iniuſtus Imperator. niger coruus. altum mare: priſc.

ℭDe Concordantiis Cap. xxiii.

Concordantia triplex.

M Ag. Quotuplex eſt Concordātia? D. Triplex: Nominatiuus cum Verbo. Adiectiuū cum Subſtātiuo. Relatiuū cum antecedente: Priſc.

M. Nominatiuus cum uerbo in quot debet cōcordare? D. In duobus: in perſona & numero: ut Nicolaus ſtudet & Plato philoſophatur.

M. In quot Adiectiuū cum ſubſtantiuo? D. In tribus: In genere numero & caſu: ut Aeneas pius. penelope pudica. animal bonum: Priſc.

M. Dic Relatiuū cum antecedente? D. Hoc cum ſuo antecedente in duobus concordat: In genere & numero: Aeneas qui: Dido quæ: Ilium quod.

M. Quid eſt Concordantia? D. Concordantia eſt & antecedentium & ſubſequentiū orationis partiū legitima & congrua conuenientia.

ℭDe Verbo Cap. xxiiii.

Verbū quid.

M Ag. Quid eſt Verbum? D. Verbū eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu: aut agere aliquid aut pati: aut neutrū ſignificans: Don. Obſerua Laertium in uita Zenonis: & Iſido. i. Ethi.

Verbū unde.

M. Vnde dicitur Verbum? D. A uerberatu aeris dicitur Aere enī lingua uerberato intra palatū oratio promitur

Verba quæ.

Dio. Verba tamen largo modo ſumpta ſunt earū notæ quæ ſunt in animo paſſionū: quæ rerum cauſa eſſe inuenta uoluere: nam rei ſignificandæ inſeruiūt ait Phus. Vel Verba ſunt mentis ſigna: quibus homines cogitationes ſuas inuicem loquendo demonſtrant. Et ſicut Nomen ſignificat perſonā: ita Verbū factum dictūq; pſonæ: Iſido.

Perſonaliū gña.

M. Verboꝝ perſonalium genera quot ſunt? D. Quinq;: Actiua/quæ agunt: ut uerbero. Paſſiua/quæ patiuntur: ut uerberor. Neutralia/quæ nec agunt nec patiuntur: ut iaceo: ſedeo. Cōmunia/quæ agunt & patiuntur: ut amplector. Deponentia/quæ deponunt unam ſignificationem uel actiuā uel paſſiuam; ut ſequor & lætor: & ita a Cōmu

nibus ſeparantur: quæ omnia recipiunt ſuppoſitum per Nominatiuũ caſum:ut Amo litteras.

M.Genera uerbo℞ impſonaliũ quot ſunt? D Duo: Actiuæ uocis: ut Pœnitet: placet: intereſt. Paſſiuæ uocis: ut amatur:curritur:legitur: quæ ſuppoſitũ per obliquũ recipiunt;ut A me ſeruitur deo.

Imperſonalium genera.

M.Imperſonaliũ terminationes quot ſunt? D.tres: Aut enim terminantur in et:ut pœnitet. Aut in it: ut euenit. Aut in tur:ut legitur:auditur:Diom.

M.Genus in uerbo quare dicitur? D.Quia unũ generaẽ ex altero:nã actiuo adiicis r/& fit paſſiuũ:rurſum paſſiuo adimis r/& fit actiuũ:ut Amor amo:Don.& Iſido.

Genus in uerbo unde.

M.Genus in uerbo quod eſt? D.Genus in uerbo eſt affectus exploratio.i.actiõis uł paſſionis inueſtigatio:Dio.

Genus in uerbo quod.

M.Verbo℞ tempora quot ſunt? D.Quinq;:Preſens inſtans uel ĩminens:ut amo. Preteritũ imperfectũ: ut amabam.Perfectũ:ut amaui. Plusq̃perfectum:ut amaueram Futurum:ut amabo:Don.

Tempora uerbo℞.

M.Quod eſt tempus preſens? D.Eſt quod agit:ut amo. Imperfectũ quod omiſſum eſt & non completũ: ut amabam.Perfectum quod completũ eſt pauloante:ut amaui Plusq̃perfectũ quod completũ eſt olim: ut amauerã. Futurum quod ĩminet:ut amabo:Seruius.

M.Tempus unde dicitur? D.Tẽpus(quod Græci Chronos nominant)a Solis Lunæq; temperato tenore Varro dici uoluit:eſſeq; interuallum mundi & motus.

Tempus unde.

M.Quid eſt Tempus? D. Tempus eſt menſura motus primi mobilis:pħus.iiii.phyſico℞.Vel Tempus eſt certa dimenſio:quæ ex cœli cõuerſione colligiẽ: Macrob.i Saturnal.Vel Tempus eſt uiciſſitudo rerũ:ut Diom.ait. In uerbo tñ eſt modi formula: qua quæ fuerũt:quæ ſunt: & quæ futura ſunt demonſtramus. Vel Tempus eſt accidens uerbi ideſt modus ſignificãdi. Tempus preterea diſtinctionẽ quandam eſſe affirmabimus: ſed cuius rei diſtinctio ſit ignorare nos dicemus. Hæc uir ille ætate noſtra diſertiſſimus Nicolaus perottus gẽtilis noſter: licet

Tempus quid.

ne nobis ſic dicere: Tempus fuiſſe eſſe & fore omniũ rerum diſtinctionẽ quandã: Quicquid enim fuit eſt & erit tempore conſtituto metitur.

ℂDe Tempoꝝ formatione Cap. xxv.

Temporum formatio.

M Ag. Forma tempora. D. Amabam formatᷓ a ſecũda inſtantis Indicatiui perſona / abiecta s: & addita bã: ut Amas ama amabam. Eodem modo ſecunda coniugatio: ut Doces doce docebam. Tertia uero & quarta o poſitione mutata in e longa & addita bam: ut Lego lege legebam: Audio audie audiebam: Don.

M. Amaui unde formatur? D. Ab eadem ſecunda perſona: ſublata s: & addita ui: ut Amas ama amaui. Secunda coniugatio uertit eo in ui: ut Doceo docui. Tertia quoq; o poſitionẽ in i uertit: ut Lego legi: Bibo bibi. Sed quarta abiicit s & ſumit ui: ut Audis audiui. Licet aliqua excipiantur uerba: ut Eo: Queo: Veneo.

Tempora a perfecto naſcẽtia.

M. Quot tempora formanẽ a perfecto? D. A preterito perfecto Indicatiui Sex tempora formantur: ut Amaueram. amauerim. amauiſſem. amauiſſe. amauero. & iterũ amauiſſe: Donat.

M. Plusq̃perfectũ unde deducitur? D. A perfecto mutata i in e correptã: & aſſumpta ram: ut amaui amaue amaueram. docui docue: ram. audiui audiue: ram: Don.

M. Futurum unde formatur? D. In prima & ſecũda coniugatione formatur a ſecunda inſtantis perſona abiecta s & aſſumpta bo: ut Amas ama amabo. Doces doce docebo. In tertia uero & Quarta o poſitione mutata in am: ut Lego legam. Audio audiam: Donat.

ℂDe Verboꝝ modis Cap. xxvi.

M Ag. Verboꝝ modi quot ſunt? Diſc. Quinq;: Indicatiuus: qui & diffinitiuus dicitur: ut Amo. Imperatiuus: qui & precatiuus: ut Ama. Optatiuus: qui & deſideratiuus: ut utinam amarem. Subiunctiuus: qui & coniunctiuus: ut cum Amarem. Infinitiuus: qui & infinitus: ut

Amare amauiſſe: Donat. & Diom.

Mag. Indicatiuus quot modis ponitur? D. Indicatiue: ut ſum pius Aeneas & cætera. Dubitatiue: ut Neſcio quis oculus teneros mihi faſcinat agnos: Et neſcio ſi ſciero ue tibi Cauſidice. Interrogatiue: ut Quo ue tenetis iter. De quo & de cæteris obſerua Iſido. **modi quomodo ponuntur.**

M. Imperatiuus quot modis? D. Multifariam: Imperatiue: ut Dic mihi Dameta cuium pecus? an Melibei. Hortatiue: ut Subducite naues. Permiſſiue: ut miſſum me fac Precatiue: ut Oramus prohibe infādos a nauibus ignes. Tentatiue: ut Tu dic mihi quo pignore certes. Deriſiue: ut Noſtram nunc accipe mentem: Venus ait.

M. Optatiuus quot modis? D. Vno duntaxat modo Optatiue uidelicet: ut Atq; utinam Rex ipſe noto compulſus eodem: Afforet Aeneas.

Magiſter. Subiūctiuus quid ſibi uult? Diſcipulus. Vt ponatur Conditionaliter: ut O fœlix ſi te uel ſic tua Roma uideret. Temporaliter: ut Si ſtuduero diſcam. Conſequenter: ut Si ſterterem dormirem. Aduerſatiue: ut quāuis ſeruiuerim tibi: tu tamen habes me odio. Item preſens Subiūctiui pro preſenti Imperatiui: ut Legatis pro legite ponitur.

Magiſter. Proſequere Infinitiuū. Diſcipulus. Infinitiuus nominaliter ponitur: ut Scire tuū nihil eſt: Et uelle ſuum cuiq; eſt: mane tibi pro me dicat auere liber. Verbaliter ut mea intereſt legere: Tua refert audire. Item nominaliter & uerbaliter: ut me amare uirtutem placet deo & hominibus.

M. Predicti modi quot tēpora habent? D. Quinq; tempora omnes habent: uel diuiſa: ut Indicatiuus & Subiunctiuus. Vel coniuncta: ut Imperatiuus Optatiuus & Infinitiuus: ut Donat. & Serui. **modoꝝ tpa.**

M. Quid eſt modus in Verbo? D. Eſt diuerſa inclinatio animi: uarios eius effectus demonſtrans. Diciturq; a motu: q̄ unus moueatur in alterum: Priſc. Vel modus eſt figura orationis Diogenes. **modus in uerbo quid.** **modus unde.**

modoꝝ forma- tio. M Ag. Imperatiuus unde formatur? D. A ſecũda Indi-
catiui perſona remota s: ut Amas ama. doces doce.
audis audi: tertia uero mutata i in e: legis legi lege: priſc.
M. Quare prima pſona in ſingulari caret? D. qa nemo ſi
bi naturalr̃ impat ſi ſolus eſt: cũ aliis uero maxĩe: Don.
M. Optatiuus & Subiũctiuus unde fiunt? D. Ab Impati
uo aſſumpta rem: ut Ama/utinã amarẽ: ama/cũ amarem
Doce/utinã docerẽ/cũ docerem. Lege/utinã legerem/cũ
legerem. Audi/utinã audirem/cũ audirem: Do. & priſc.
M. Prima Infinitiui uox unde fit? D. Ab Impatiuo addi-
ta re: ut Ama amare. doce docere. lege legere. audi audi
re. Secunda uero uox a Perfecto deducitur addita s/ & ſe
ut Amaui amauiſſe. docui docuiſſe. legi legiſſe. audiui
audiuiſſe. Nouiſſima autem a ſupino in um & ire fit: uel
a uoce neutrali participii futuri: ut amatũ ire uel amatu-
rum eſſe. doctum ire uel docturum eſſe. lectum ire uel le
cturum eſſe. auditum ire uel auditurũ eſſe: Don.
M. Infinitiuus paſſiuus unde naſcitur? D. Ab actiuo infi-
nitiuo mutata e in i: ut amare amari. docere doceri. audi
re audiri. Tertia uero ſubtrahit re: & mutat e in i: ut lege
re legi: Donat.

modoꝝ noĩa. M. Quare dicit̃ Indicatiuus? D. Quia per eũ indicamus
quid agit̃: ut amo: amabã: amaui: amauerã: amabo: Do.
M. Quare Imperatiuus? D. Quia per eum imperamus
aliis ut aliquid faciant: ut ama tu. doce tu.
M. Optatiuus quare ſic dicitur? D. Quia eget aduerbio
optandi ut plenũ ſignificet ſenſum: ut utinã amarem: uti
nam doceſem: utinam legerem: utinam audirem.
M. Subiunctiuus uero? D. Is ſic dictus ꝙ in loquendo ſo
lus loquutionẽ implere nõ poterit: ſubiũgit ſibi Indicati
uũ: ut cum ſcripſero faciã. & cum dixero legam: Ser.
M. Infinitiuus quare ſic dictus? D. Quia nec perſonas:
nec numeros diffinit: ſed omnes tris uno uerbo profert:
Quattuor Infini tiuoꝝ diffinitio. ut Amare uolo: amare uis: amare uult: Ser.
M. da hoꝝ Infinitiuoꝝ diffinitionem. D. Amare ꝓprie

eſt bonũ uelle alicuius ipſius gratia: Pħus. Docere eſt diſciplinæ: aut alterius cuiuſcunq; rei cognitionẽ dare. At legere eſt oculis ſcripta colligere uel percurrere: ut quin protinus omnem percurrerẽt oculis. Sicut audire eſt auribus percipere: & Audio quaſi aures do.

❡De Infinitiuoꝝ conſtructione Cap. xxviii.

Infinitiuoꝝ conſtructio.

MAg. Infinita Quomodo conſtruũtur? D. Cum actõ ante & poſt ſe caſu ſui uerbi: ut Nicolaum amare litteras: me ſeruire deo. Sed Infinitiua imperſonaliũ uolũt ante ſe & poſt ſe caſus ſuoꝝ uerboꝝ: ut Volo a te ſcribi. Credo te itum iri Venetias. Volo mei tedere malos.

Eſſe qd ſibi uult.

M. Eſſe quid ſibi uult? D. Eſſe querit poſt ſe eundẽ caſum qui eum precedit: ut Iſte uult eſſe doctus: Sperabam me eſſe philoſophũ: His eſſe ingratis nõ licet. Itẽ dicitur mihi licet eſſe piũ. Si uero unus datur illi caſus: Actũs fit ille: ut Eſſe doctũ multis prodeſt: priſc.

Infinitiuus pro imperfecto.

M. Ponunt̃ ne Infinitiua pro preteritis imperfectis ſuorum Indicatiuoꝝ? D. Ponuntur cuiuſcunq; perſonæ: & utriuſq; numeri: ut Virgi. Hinc ſemper Vlyxes criminibus terrere nouis: hinc ſpargere uoces ambiguas & querere conſcius arma: pro terrebat: ſpargebat: querebat. Et Terentius: Inuidere mihi omnes: & mordere clanculũ: ego floccipendere: pro inuidebant: mordebant: floccipendebam. Sic apud Saluſtiũ & paſſim legitur.

Item dicere poſſumus nos tedere: illos pigere: alios pœnitere: pro/nos tedebat: illos pigebat: alios pœnitebat: Iccirco dic Ego amare uirtutem: tu legere Virgiliũ: nos diligere litteras: pro: Ego amabam uirtutem: tu legebas Virgilium: nos diligebamus litteras: Sic uſus habet.

❡De Gerundiis Cap. xxix.

Gerũdia quid ſignificent.

MAg. Gerundia cuius ſignificationis? D. Gerundia tã ab actiuis q̃ a cõmunibus naſcentia: tam actiuã q̃ paſſiuã hñt ſignificationẽ. A neutris aũt & deponẽtibus uenietia eandẽ habent quã & uerba unde deſcendũt: priſc.

Quot caſus exigunt.

M. Quot caſus exigũt Gerundia? D. Nullum ante ſe caſum requirunt: poſt ſe uero caſibus ſuorũ uerborum applicantur. Preterea hæ dictiones Gerundiis adiiciuntur Gratia uidelicet & Cauſa & Studio: ut Luſtrandi ſtudio Romam uenimus: Nocendi tibi gratia: Amandi te cauſa huc acceſſi: ut paſſim legitur.

Gerundiorum terminatio.

Magiſter. Quot modis terminantur Gerundia? Diſcipulus. Tribus: ſcilicet In di: ut Amandi: & Genitiui ſunt caſus. In do: ut Amando: & ſunt Ablatiui caſus. Terminantur etiam Gerundia in dum: ut Amandum: & Accuſatiui ſunt caſus: ut Priſcianus docet. Sed hæc in dum fere ſemper neceſſitatem quandam inducunt: ut Si poſcit ei dandum eſt: Cicero.

Item dicimus: Nos hunc libellum compoſuimus inſtituendi puerorum gratia: Plautus. nominandi tibi iſtorum magis q̃ edundi copia: Cicero. dolebas etiam Stoycos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatẽ dediſſe. Liuius etiam ait: Nõ enim uereor ne quis hoc me ueſtri adhortandi cauſa magnifice loqui exiſtimet.

De Supinis Cap. xxx.

Supinorũ terminatio.

Magiſter. Da ſupina. D. Supinorum: Alterum terminatur in um: & ſemper fere iungitur uerbis motum ſignificãtibus: ut Cur is te perditum? Terentius: Et ſuſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula phœbi mittimus. Et ante ſe nõ requirit caſum: poſt uero ſe caſibus ſui uerbi adhæret.

Supinorum conſtructio.

Eandem quoque ſignificationem habet: quam & Gerundium in dum cum ad prepoſitione: ut Venio auditũ Virgilium: & eo audiendum Horatium. Alterum in V. finitur: & paſſionem ſignificat: iungiturque Nominatiuo: ut miſerabilis uiſu: ideſt cum uidetur. Optimũ factu: id eſt ut fiat. Dignum auditu: ideſt audiri dignũ. Facili creditu: ideſt ut credatur. Dignus lectu: ideſt ut legatur. Pueri digni doctu: ideſt qui doceantur. Priſc. & Ser.

De Nominibus uerbalibus Cap. xxxi.

Magiſter. Forma ab eodem Supino Verbalia. Diſcipulus. Amatu: mutata u in or: ut Amator: tor in trix: ut Amatrix: trix in us: ut Amatus: & us mutata in io: ut Amatio: Lectio.

Magiſter. In en unde formatur? Diſcipulus. A ſecunda uerbi perſona: ut Acuo acuis acumen: Solor ſolaris ſolamen: Doceo doces documen: Moneo mones monimẽ: Specimẽ a ſpecio: Teſtor teſtaris teſtamen: quibus tum etiam additur: ſitq; documentum: monimentum: teſtamentum: luctamentũ & cętera: Sergius.

Verbalium terminationes.

Magiſter. Quomodo conſtruuntur Verbalia? Diſcipulus. Quæ in tor & in trix: in io & us exeunt: Genitiuũ poſtulant: ut Amator uirtutis: Legum inuentrix: Viſus multarum rerum: Viſio lucis. Priſc.

Verbalium conſtructio.

Magiſter in bilis quid ſibi uult? Diſcipulus. In bilis uerbalia paſſiuam habent ſignificationẽ: Applicanturq; datiuo: ut Nec dictu affabilis ulli: & Nec ſis miſerabilis ulli. Lege Priſcianũ.

Multa preterea Verbalia in Ax reperiuntur terminata: ut dicax multorũ uerborum: Rapax multarum rerum: Mordax: Fallax: Loquax: Capax boni & mali: uel bonis & malis: uel ad multa mala.

De Verboꝝ formis Cap. xxxii.

Magiſter. Da Frequentatiua ab eodem Supino. Diſcipulus. Frequentatiua: quæ frequentiam actus ſui primitiui ſignificant: ab extremo Supino fiunt: mutato u/ in /o/ & in /i/ breue: Si primæ ſint coniugationis uerba: ut Amatu amito: Rogatu rogito: Quis pecori imperitet & ripæ lacuſq; reſponſant: & exciſurum urbe minitans. Si uero preteritũ in gi/ formantur a ſecunda uerbi pſona: abiecto/ s & addito to: ut Agis agi agito. Hæc quoq; terminantur in ſo: ut Curſo curſas. In tor: ut Sector ſectaris. In xo: ut Nexo nexas: & omnia ſunt coniugationis primæ. Lege Priſc. & Cariſium.

Frequẽtatiua qd ſibi uolunt.

M.Quare mutant a in i in prima coniugatione frequẽtatiua? D.A mutãt in i, uel Euphoniæ gratia:ut in arito: rogito &c.uel ut differant a futuro Imperatiui:ut Amato amito:Rogato rogito.

meditatiua quid ſibi poſcũt.

M.Dic meditatiua. D. Meditatiua ſiue optatiua deſcendunt a ſupino nouiſſimo:& in rio terminantur: ut Amatu amaturio.Lectu lecturio:quæ aliqñ quantũ primitiua ſignificãt:ut Vallæ placet.Et ſunt quinti ordinis.

Inchoatiua quid ſibi aſciſcunt.

M.Da Inchoatiua.D.Inchoatiua a ſecunda uerbi perſona deducunt̃ adiuncta co ſyllaba: ut ferues ferueſco: paues paueſco. Multa tamen ſine uerbi origine reperiunt̃: ut grandeſco:iuueneſco:ſuntq; tertii ordinis & ſignificãt incrementũ:ut Valla tradit.Carent preterea perfecto & plusq̃perfecto tempore: quia omnia quæ inchoantur nihil tale habere poſſunt:ut Seruius docet.

deſideratiua qd ſibi uendicant.

M. Dic deſideratiua.D. deſideratiua quæ in ſo finiuntur Phocas:Dio.& Seruius inter Frequentatiua ponũt ut dictum eſt : ſuntq; tertii ordinis: ut Viſo is:legiſo is: & ut Valla docet ſignificant ire ad uidendũ:ut reuiſo qd agãt: & ſotioſq; reuiſit:ſic Don.etiã monet.

Harũ formarũ conſtructio.

M. Hæ formæ quos caſus uolunt? D. Volunt ante ſe & poſt ſe caſus ſuoꝝ uerboꝝ:ut Hoc iubeas rogitante deũ contingere portum. Et uos canet & longas uiſent capitolia pompas . & reuiſo quid agant : & ardeſcit tuendo: ægreſcit medendo:de quibus legito priſc.& Vallam.

Aliæ formæ.

M.Sunt ne aliæ formæ? D. Sunt etiam in lo:ut ſorbillo: ſcribillo.Item a patre patro as:& patrizo & patriſſo:grecizo & greciſſo:& grecor aris:a poeta poetor aris: albico:uellico:intro:ſupero:perendino:procraſtinor legit̃.

Formæ principales quot.

M.Formæ principales quot ſunt?D.quattuor: quæ ideo quattuor ſunt:quoniã omne quod agimus quattuor temporꝝ officio continetur.Nam aut cogitamus utrũ agendum ſit.Aut quod placuit inchoamus.Aut inchoata perficimus.Aut perfecta iteramus:Ser.

Verboꝝ ſpẽs.

M. Verboꝝ ſpẽs quot ſunt? D. duæ: Primitiua:ut amo: lego:doceo.Deriua.ut amaturio:lecturio:docturio:Do-

M.Figuræ quot ſunt? D.Tres:Simplex: ut cupio.Cōpo ſita:ut concupio.Decōpoſita ut concupiſco:Don. — Figuræ uerboꝝ

M.Coniugationes uerboꝝ quot ſunt?D.Quattuor:Pri ma facit ſecundā uerbi perſonā in as: ut Amas.& aris:ut amaris.Secūda in es productā:ut Doces.& eris:ut doce ris.Tertia in is correptā: ut Legis.& eris:legeris.Quar ta in is longā & iris:ut Audis & audiris: Don.& Diom. — Coniugationes.

M.Quid eſt coniugatio? D.Coniugatio:quā græce Siſ ſigia uocāt ut Cariſio placet: eſt conſequens uerboꝝ de clinatio : dicta ꝙ una eademq; ratione declinationis plu rima coniūguntur uerba:Priſc. — Coniugatio qd.

M.Verboꝝ perſonæ quot ſunt? D.Tres:Prima eſt quæ dicit:uel prima impoſitio uerbi.Secunda eſt cui dicitur: uel ſecūda impoſitio uerbi. Tertia eſt de qua dicitur: uel tertia impoſitio uerbi:ut Amo amas amat:Don. — Verboꝝ ꝑſonæ

M.Quid eſt perſona in uerbo? D. Perſona in uerbo eſt temporis formula:quæ loquens & audiens & de quo ſer mo eſt indicatur:Priſc.Diciturq; ꝑſona quaſi per ſe una: ideſt ſola:græce Proſopon: licet Gellius pro larua a per ſonando dictam uelit:Conpendium. — perſona quid. — proſopon.

M.Numeri uerboꝝ quot ſunt?D.duo ut in nomine:Sin gularis:ut amo. Pluralis ut amamus:Don. — Numeri quot.

M.Quot ſunt Anomola? D. Quattuor: ut Sum: Volo: Fero & Edo.Dicūturq; Anomola a græco uerbo Ano malon:quod eſt inequale: quia inequaliter declinaẽ.Cō ponitur ab a ideſt ſine:& Nomos lex.Etiam dicitur aſpe rum uaricum:anomalia inequalitas:Priſc. — Anomala unde.

Mag.Quot ſunt defectiua? D.Quinq;: Odi.noui.cœpi memini. pepigi: adde Cedo & cedite: pro dic & dicite: uix ultra:ſic dicta ꝙ in temporibus deficiant:Priſc.

¶De Participiis Cap. xxxiii.

MAg.Quid eſt participiū? D.Eſt pars orationis decli nabilis:quæ pro uerbo accipitur:ex quo deriuaẽ: ge nus & caſus habens ad ſimilitudinem noīs: & accidentia uerbo abſq; diſcretione ꝑſonarū & modoꝝ: priſ.& Iſid. — participiū quid.

participiũ unde. M. Quare dictũ participium? D. Participiũ dictũ quaſi particapiũ: ut Sergius tradit. Recipit enim a nomine genera & caſus: A Verbo tpa & ſignificationes: Ab utroq; numerum & figuram: Donat.

M. Participiũ quare inuentũ? D. Vt in Nominatiuo quidem proferatur cũ alio uerbo: ut Legens doceo: pro Lego uel doceo. Vel ut oratio ſit breuior atq; lucidior: omiſſis enim relatiuis aduerbiis: coniunctionibus: quæ alioquin in oratione ponerentur: priſc.

Gñа ptіcipiorũ. M. Participiorũ genera quot ſunt? D. Quattuor: Maſculinũ: ut amatus. Fœmininũ: ut amata. Neutrũ: ut amatũ. ut hic & hæc & hoc amans. Amãtem tamen & amantes & amantis & accuſatiui hmõi Cõmunes ſunt: qa preponuntur eis duo articularia: ut hunc & hanc amantẽ. hos & has amantes & amantis &c. Donat.

partici. accidẽtia M. Quot accidũt participiis? D. Sex: Genus. caſus. tempus. ſignificatio. numerus & figura: Donat.

Caſus ptіcipio. M. Caſus participiorũ quot ſunt? D. Sex: ut in Nomine: quos a nomine recipit ut dictum eſt: Donat.

M. Tempora participiorũ quot ſunt? D. Tria: Coniunctim preſens cũ impfecto: ut amans. Perfectũ cũ plusq̃pfecto: ut amatus. Futurũ: ut amaturus & amandus: Do.

Reſolutiones participiorũ. M. Reſolue hæc participia. D. Amans/amãte: ideſt qui amat uel qui amabat. Amaturus/da amare: ideſt qui amabit. Amatus/amato: ideſt qui amatus eſt: uel fuit: aut fuerat. Amandus/da eſſere amato. ideſt qui amabitur.

Significationes. M. Participiorum ſignificationes quot ſunt? D. Quinq; Actiua: ut uerberans. Paſſiua: ut uerbeatus: Cõmunis: ut largiens. Deponens: ut perſequens: Donat.

Numeri. M. Numeri participiorũ quot ſunt? D. duo ut in nomine ut Amans & amantes.

Magiſter. Figuræ participiorum quot ſunt? Diſcipulus. duæ: Simplex: ut faciens. Compoſita: ut efficieus. Omne enim participium aut eſt figuræ ſimplicis: aut Decompoſitæ: Donatus.

M. Qomodo terminantur participia? D. Participia pre

ſentis & preteriti imperfecti deſinunt in ans uel in ens: ut Amans & docens. Perfecti & plusq̃perfecti in tus: ut Amatus. In ctus:ut doctus. In ptus:ut raptus. In ſtus:ut quæſtus. In ſus:ut riſus. In xus:ut flexus. In uus:ut mortuus. Futuri uero in rus:ut Amaturus:lecturus:priſc.

M. Quo pacto participia coſtruũtur? D. Cũ caſibus ſuorum uerborꝝ poſt ſe: ut Amans uirtutẽ:doctus Grãmaticen: Doctus enim grãmaticam dicimus:priſcianus. Preterea pticipia iũcta Infinitiuis ſeruare uim participii dicuntur. Iuncta aũt Gerundiis uim nominis cuſtodire: ut timens nauigare & nauigãdi:cupere diſcere & diſcendi:Valla. — Conſtructio participioꝝ.

M. Quot modis efficiuntur nomina? D. Quinq;: Conſtructionis mutatione:ut lactis abundans. Tẽporis amiſſione:ut miſeri ſunt omnes amãtes. Comparatione: ut amantior. Compoſitione:ut innocens. Significati mutatione:ut amandus:ideſt dignus amari. — Quot modis nomina efficiunt.

Item ſunt quædã Participia preteriti temporis: quæ tam actionem q̃ paſſionem ſignificant:ut pranſus:potus:cænatus: iuratus & cætera. Dicimus enim: Ego prandidi: cænaui:pranſus ſum: & cænatus ſum Ficos: & Fici pranſi & cænati ſunt a me: potaui & potus ſum aquã: & aqua pota eſt a me: & minima iuratus ſum: & minima iurata ſunt a me. Sic uſus habet.

¶De Pronomine Cap. xxxiiii.

M Ag. Quid eſt Pronomen? D. Eſt pars orationis declinabilis: quæ pro nomine proprio ponitur: uniuſcuiuſq; perſonaſq; finitas recipit: priſc. — Pronomen quid

M. Quare dicit̃ pronomen? D. Quia fungit̃ officio nominis: ut repetionis faſtidiũ tollat nominis: ut proconſul: qui loco Conſulis: & proprætor: qui loco prætoris fungitur: Seruius & Iſido. — pronomen unđ.

Magiſter. Pronomini quot accidũt? D. Sex: Species. Genus. Numerus. Figura. perſona & Caſus: Diomedes & priſcianus. — pronominis accidentia.

Spẽs pronoĩm

M.Species pronominũ quot ſunt? D.duæ.Primitiua uł
primogenia:ut Ego.tu.ſui.ille.ipſe.iſte.hic & is.Deriua
tiua uł deductiua:ut Meus.tuus.ſuus.noſter & ueſter.no

pronomĩa quot ſunt.

ſtras & ueſtras: Et ſic Quindecim pronomina cõputan
tur: Donat.& Iſido.

pronominũ diuiſio.

M.diuide pronomina.D.Pronominũ alia relatiua:ut Is
ſui:nam rem abſentem ſignificant. Alia demonſtratiua:
ut Ego.nos.tu.uos.hic.iſte: rem enim preſentem notãt.
Alia relatiua & demonſtratiua:ut Ille: ipſe:preterea quis
& hic Prepoſitiua.Is & idem Subiunctiua: Don.& priſ.
Aliter Iſidorus diuidit pronomina.

Ab Ego quot oriuntur.

M.Ab Ego quot pronomina deriuantur? D.Tria:a Ge
nitiuo mei deducit̃ meus mea meũ.A gtõ noſtrũ uel no
ſtri deriuatur noſter & noſtras:Priſc.& Diom.

A Tu quot naſcuntur:

M.A Tu quot deducuntur? D.Totidem: nam a Gtõ tui
deriuatur Tuus tua tuũ.a Gtõ Veſtrũ uel ueſtri naſcit̃ ue
ſter & ur̃as.a Gtõ Sui trahit̃ Suus ſua ſuũ:priſ.& Do.

poſſeſſiua quot.

M.Poſſeſſiua quot ſunt? D.Septem:Meus.tuus.ſuus.no
ſter & ueſter.noſtras & ueſtras:Quæ quidẽ pronomina
ius gentium introduxit:cum natura omnia cõmunia im
penderit. Item patria ſeu gentilia pronomina ſunt duo

patria pronoĩa & gentilia.

Noſtras & Veſtras:priſcianus.Perſonalia uero tria ſunt
Ego.Tu & Ille:Probus.

Nr̃as & Veſtras quid ſibi uolunt.

M.Queritur nunc Cur noſtras & ueſtras a plurali tantũ
modo deriuantur? D.Reſpondet̃ ꝙ patriã ſeu gentem ſi
gnificãt.Patria aũt uel gens unius eſſe nõ poteſt:ſed ſem
per multoꝝ poſſeſſio.Itaqꝫ dicimus noſtras:qui eſt a no
ſtra patria uel gente:quam multi poſſidemus:priſc.

pronominũ gñ̃a

M.Genera pronominũ quot ſunt? D. Quinqꝫ:Maſculi
nũ:ut hic.Fœmininũ:ut hæc. Neutrũ:ut hoc.Cũmune:
ut noſtras & ueſtras.Omne:ut Ego & tu:Do.
M.Numeri pronominũ quot ſunt? D.duo: ut in nomi
ne & uerbo:Donat.

pronominũ cõpoſitio.

M.Cum quot partibus orationis pronomina componũ
tur?D.Cum tribus:cum Nomine:ut huiuſmodi:eiuſmo
di.Cum Aduerbio:ut eccum:eccam:eccos:eccas:ellum

ellam:ellos:ellas.Cu m prepoſitione:ut mecū:tecum:ſe-
cum:nobiſcū:uobiſcu m. Verū in his potius uidetur pre
poſitio per Anaſtroph en poſita: ideſt per inuerſionē: ut
quicunq; pro cum quo. & quibuſcūq; pro cū qbus.
M.Perſonæ pronominū quot ſunt? D.Tres: Prima:ut
Ego.Secunda:ut Tu.Tertia:ut Ille. Similiter in plurali:
Prima:ut Nos.Secunda:ut Vos.Tertia:ut Illi.
M.Figuræ pronominū quot ſunt? D.Tres: Simplex:ut Iſte:iſta:iſtud:is:ea:id.Compoſita:ut Iſtic:iſtac:iſtuc:idē eadem:idem:quod eſt is demū:ideſt is iterum: quæ uox neutra cum maſculina eſt primā producit: cū uero neutra corripit:ut paſſim legitur.Decompoſita:ut identidē: Legito priſcianū. — *Figuræ.* — *Idem quid.*
M. Quid eſt perſona in pronomine? D. Eſt rationalis ſubſtantia:uel demonſtratio animalis: aut rei aut dicentis aut audientis uel de qua dicitur. — *pſona in pnoīe.*
M.Da pronomina cōpoſita: uel ſyllabicas adiectiones.
D.Egomet:memet:mihimet.Tumet: tuteipſemet:tete: ſeſe:huiuſcē:hiſce:haſce: hoſce: noſtrapte: ſuapte. Hæc quidem omnia & hiſce ſimilia aliquid expreſſius ſignificant q̄ primitiua:Legito priſc. — *Syllabicæ adiectiones.*
M.Caſus pronominū quot ſunt? D.Sex:ut in noīe & pticipio:Do.Vocatiuū tñ caſum e pnominibus Quattuor hñt uidelicet: Tu:meus:noſter & nr̄as: qa ſecūdæ pſonæ adiungi.Cætera quæ adiungi nō pñt carēt Vtō:priſc. — *Caſus pnoīm.*

¶De modis pronominū. Cap. xxxv.

MAg.modi pronominū quot ſunt? D.Quattuor:Primus facit Gtūm ſingularem in/i:ut Ego mei uel mis mihi: ſub quo modo tria pnoīa militāt:Ego:tu:ſui. Do. — *primus modus quot pnoīa habet:*
M.Secūdus quomodo facit? D:In ius:ut Ille illius:a quo quinq; pronomina detinentur: ut Ille:ipſe:iſte:hic & is. Item octo illa nomina: Vnus:totus:ſolus:ullus:uter:nullus:alius:ſolus:quis uel qui cū oībus ſuis cōpoſitis:Do. — *Scd̄us modus.*
M.Tertius quomodo ſe habet? D. Hic modus declinat ſicut prima & ſecūda nominum declinatio: ut Gtō mei — *Tertiusmodus.*

meæ mei: qui quidem etiam quinq; pronomina tenet: ut meus. tuus. ſuus. noſter & ueſter: Donat.

Quartus modus quot emittit. M. Da Quartũ. D. Quartus modus tertiam nominũ declinationem ſequitur: ut Gtõ noſtratis & ueſtratis: a quo duo dũtaxat pronomina cõtinent: ut nr̃as & ur̃as: Do.

modus quid. M. modus in pronomine qd eſt? D. modus eſt uaria declinatiõis pronominũ forma. Eſt autem forma quæ dat

Forma. eſſe rei. Vel Forma eſt & circa aliquid conſtans figura. philoſophus: & porphirius.

M. Ego magiſter: & Tu diſcipulus: nõne ponuntur loco appellatiuorũ nominũ magiſtri & diſcipuli: quæ appellatiua ſunt? Diſcipulus. Minime: quoniam omne appellatiuũ nomen: tranſit in propriũ cum pronomine iunctũ: ut meus liber. tuus filius. ille homo: quia ponit loco proprii nominis: & certam ſignificat perſonã: Donat.

Gn̄a pronoĩs. M. meus cuius generis? D. maſculini: quia eſt prima uox pronominis. mea fœminini: quia eſt ſecunda. meũ neutri: quia eſt tertia uox pronominis: priſc.

pronoĩa pro articulis poſita quot M. Quot ſunt pronomina pro articulis poſita in generum caſuumq; diſcretione? D. Tria: Hic: hæc: hoc. Caremus enim articulis: heæ nãq; particulæ ſunt generum caſuũq; ſigna. Coniũctim: ut hic hæc noſtras noſtratis. hic hec hoc fœlix. Diuiſim: ut hic poeta. Articuli autẽ dicti ꝙ nominibus artantur ideſt colligantur Iſido.

Articulare qd. M. Quid eſt Articulare? D. Articulare eſt uox ſequẽs caſum & numerũ indicãs pariter & genus. Vel Articulus elementũ eſt orationis caſuale: diſtinguens nominũ genera & numeros: ut hic homo: hæc arbor: Laertius.

¶ De Voce Cap. xxxvi.

Vox quid. MAg. Quid eſt Vox? D. Vox (quæ græce Fos dicit) eſt aer ictus: auribus accidens: priſc. Vel uox eſt ſignum earum quæ ſunt in anima paſſionũ: philoſophus.

Verbum quid. Vel Vox eſt ſonus & index cogitationis: Aug. Sicut uerbum eſt ipſa cogitatio: Idem. Vel Vox eſt pulmonis aeris palatiq; beneficio ſonus exiliens / lingua miniſtra: ex Plinii uerbis ſumpta diffinitio.

M. Vnde dicitur Vox? D. Vox dicit̃ a uocando ut dux a ducendo: uel a potu boo: ut quibuſdam placet. Huius diminutiuũ eſt Vocula: priſc. *Vox unde.*

M. Quotuplex ẽ Vox? D. Quatruplex: Articulata: quæ ab aliquo ſenſu mẽtis proficiſcit̃. Inarticulata: quæ a nullo ſenſu mentis deducitur. Itẽ litterata: quæ ſcribi poteſt ut Cras. Illitterata: quæ ſcribi nõ poteſt: ut gemitus hominũ: priſc. Obſerua Laertiũ in uita Zenonis.

¶De prepoſitione Cap. xxxvii.

MAg. Quid eſt prepoſitio? D. Prepoſitio eſt pars orationis indeclinabilis: quæ præponitur aliis partibus orationis per appoſitionẽ: ideſt per regimen caſus: ut in templo: uel per compoſitionẽ: ut Impius: Don. *prepoſitio qd.*

M. Regimen quibus orationis partibus accidit? D. Nomini: uerbo tã perſonali q̃ imperſonali: participio: præpoſitioni: aduerbio: & interiectioni: priſc. *Regimen qbus accidit.*

M. præpoſitio aliis partibus orationis prepoſita qd operatur? D. Significationes eoꝝ aut mutat: ut doctus indoctus: aut cõplet: ut facio perficio: aut minuit: ut rideo ſubrideo: triſtis ſubtriſtis: priſc. *prepoſitio quid operatur.*

M. prepoſitioni quot accidunt? D. Tria: Caſus: ut Actũs & abltũs. Figura: Simplex: ut abs: Cõpoſita: ut abſq;. Ordo: ꝑpoſitiuus: ut ſine. Subiũctiuus: ut tenus: Don. *prepoſitionis accidentia.*

M. Ordo quid eſt? D. Ordo (qui græce Eutaxia dicitur) eſt digeſtio & in ſuo loco cuiuſq; rei collocatio ut in acie ſit: ubi alæ: ubi equites zc̃. Valla. Vel ordo eſt diſpoſitio rerum: ſuũ cuiq; locum attribuens: pħus. Vel Ordo eſt quædam uerboꝝ orationũq; uel naturalis uel artificialis inter ſe diſpoſitio. *Ordo quid. Eutaxia.*

Magiſter. prepoſitiones ex quot ſyllabis conſtãt? D. Vel conſtant unius ſyllabæ: ut in. Vel duarum: ut intra. Vel trium: ut ſecundum: priſc. *Syllabæ præpoſitionis.*

Magiſter. Solæ prepoſitiones quid ſignificant? D. Nihil certũ per ſe poſitæ ſignificare poſſunt ſine aliis partibus orõnis: præſertim monoſyllabæ: ut Ad: ab: ob: per: pre: *Solæ præpoſitiones quid.*

ab:cum:de:e:ex. Necnõ in quibuſdã diſſyllabis: ut ante preter: Hæc enim ad ſenſum ſequentiũ ſignificationes ſuas accõmodant:priſc.

prepoſitio unde M. Vnde dicitur prepoſitio? D. Prepoſitio dicta quoniã loquendo preponitur. Dicimus enim ante templum eſt: non templum ante eſt: Seruius.

Tenus: Sed Tenus ait Don. propter Euphoniã: ideſt uocalitatẽ aut ſonoritatem ſubiicitur: ut pubetenus: laterumtenus: pectoribuſq; tenus. Item dicimus ornatus cauſa Tecum Romã uerſus: Italiam uerſus. Idem donat.

Iunctura prepoſitionum. M. Da accuſatiuas ꝓpoſitiones. D. Heæ ſunt qbus ſic utimur: Ad templũ: apud ignem: ante focum: aduerſum uel aduerſus inimicos: cis alpes: citra amnem: circũ muros: circa finem: contra dalmatas: erga amicos: extra urbem: inter cognitos: intra oppidum: infra tectum: iuxta forũ: ob hanc rem: pone tribunal: per medios hoſtes: prope

Accuſatiuæ præpoſitiones. mortem: propter timorem: ſecundũ ſcripturas: ſecundũ ideſt iuxta flumina: poſt tergum: trans ripam: ultra Sauromatas: preter officiũ: ſupra tectum: circiter Kl'as Ianuarias: uſq; Oceanum: ſecus aquarũ curſus: penes arbitros: Romam uerſus: procul urbem ait Curtius: Sedi ſecundum te Caper: & Serta procul capiti: Seruius. pridie palilia: & illius diei. poſtridie kl'as & Nonarũ Nouembriũ. Legito priſcianũ.

Ablatiuæ. M. Da ablatiuas prepoſitiones. D. A templo: ab andria: abs quouis homine: cum exercitu: coram teſtibus: clam cuſtodibus: de foro: e uita deceſſit: ex abundantia cordis os loquitur. pro clientibus: palam omnibus: ſine labore: abſq; iniuria: pubetenus: Eundem legito.

Cõmunes conſtructiõ. M. Quot ſunt hiscaſibus cões prepoſitiones? D. Quattuor: In: ſub: ſuper & ſubter: Quæ cum motũ ad locum ſignificant Actõ applicantur: ut Itur in antiquam ſiluam & Totis in pugnã uiribus itur. Quando uero ſtatũ in loco: Abltõ: ut Recubans ſub tegmine fagi: Seruius.

Compoſitæ. M. Quæ nõ inueniuntur niſi in cõpoſitione? D. Di. dis. re. ſe. am & con: ut diduco: diſiicio: repono: ſeduco: am

plector:congredior:Dio. Preterea poſt:Icam: & ante:tã accuſatiuæ q̃ ablatiuæ erãt prepoſitiones: ut paucis poſt annis:multis ante diebus: & longo poſt tempore. Similiter circum: Seruius.

Actiuæ & paſſiuæ ꝑpoſitiones.

Vltimo ſciendũ eſt Hebreos in Grãmatica ꝑpoſitione nõ uti:loco cuius ↄtũm frequẽtare ſepe legiẽ Auguſt.

Ebrei ꝑpoſitione nõ utuntur.

❡De Aduerbio Cap. xxxviii.

M Ag. Quid eſt Aduerbiũ? D. Eſt pars orationis adiecta uerbo:cuius ſignificationẽ:aut complet:ut iam faciam. aut mutat:ut nõ faciam. aut minuit: ut parum faciã Don. Vel dicitur ꝙ uerbis accedat:ut bene legi: Iſido.

Aduerbiũ quid:

M. Vnde diciẽ Aduerbiũ? D. Quaſi ad uerbũ dicitur:id eſt iuxta uerbũ:ut Bellum quod ad Troiam. Semper enĩ adiicitur uerbo:nam cum dicimus cras:perendie:nõ eſt integra locutio niſi addatur uerbũ :ut dicam:faciam.

Aduerbiũ unde.

M. Aduerbio quot accidunt? D. Tria: Species: Figura: & ordo. Species:ut clam ſæpe ſatis ꝛc̃. Deriuatiua:ut clãculum ſepius ſatius:priſc.

Aduerbii accidentia.

M. Figuræ aduerbioꝝ quot ſunt? D. Tres. Simplex:ut diu huc. Compoſita:ut interdum adhuc. Decompoſita: quæ a compoſitis deriuatur:ut efficaciter.

Aduerbioꝝ figuræ.

M. Significationes quot ſunt? D. Multæ. Temporis: ut nũc. Loci:ut hic. Qualitatis:ut bene. Quantitatis:ut multum. Negandi:ut nõ. Confirmandi:ut profecto: Iurandi ut edepol. Prohibendi:ut ne. Optandi:ut utinã. Euentus ut forte. Hortandi:ut eia. Remiſſiui:ut uix. Congregãdi ut ſimul. Intentiui:ut ualde. Numeri:ut ſemel. Similitudinis:ut quaſi. Dubitandi:ut forſan. Superlatiui:ut maxime. Vocandi:ut heus. Demonſtrandi:ut ecce. Reſpondendi:ut heu/o. Eligendi:ut potius. Diminutiui:ut clanculum/belle. Perſonalis:ut meatim. Interrogandi:ut cur Ordinandi:ut inde. Diſcretiue:ut ſeorſum. Comparatiue:ut magis & cætera: Don.

M. Prepoſitio applicatur ne aduerbiis? D. minime: q̃uis legatur deſurſum:deſubito:derepente: exinde & dehinc

An aduerbiis ꝑpoſit. appliceẽ.

Hæc enim tanq̃ unam partem Orationis pronuntiabi-
mus: Donat.

Præterea nemo dicit de ſero: demodo: unde nec dema-
ne dicere debemus: ſed dicēdo de ſummo mane: de pri
mo mane. Præpoſitio enim ne uideatur iungi mane: ſed
primo: Seruius.

Aduerbiorũ cõ-ſtructio.

M. Da aduerbia quæ conſtruunt̃. D. Pridie & poſtridie:
poſt ſe accuſatiuũ accipiunt: ut Cicero primo inuectiua
rum: Pridie K!ãs Ianuarias: Liui. libro Sexto: Poſtridie
Idus. Dicimus itẽ monente Valla: Pridie illius diei: pri-
die Nonarũ Decembriũ. Item aduerbia comparatiua &
ſuperlatiua a prepoſitionibus uenientia ultra Compara
tiui & Superlatiui conſtructionem ſeruiunt Accuſatiuo
& Ablatiuo ut Cicero ad Octauiũ: Caſtra propius urbẽ
mouentur. Salu. in iug. proxime Hyſpaniam moti ſunt.
Vir. Propius ſtabulis armenta tenerẽt. Aduerbia quoq̃
quantitatis: & comparãdi gtõ iunguntur: ut parum olei
ſatis uini: plus uirtutis: minus farinæ.

En ſiue indicet ſiue exprobet accuſatiuo iungit̃. Quint.
En probitas. Iuue. En habitum. Virg. En quattuor aras.
Ecce uero nominatiuo: Vir. Deus ecce deus. Ecce gemi
ni angues. Item accuſatiuo iũctum reperitur: ut Ecce ma
nus iuuenem. Et Plaut. in bachidibus: Ecce me: ut Valla
monet: & paſſim legitur.

ℂ De Interiectione Cap. xxxix.

Interiectio qd.

M Ag. Interiectio quid eſt? D. Eſt pars orationis inter
iecta aliis/partibus orationis ad exprimẽdos animi
effectus: Donat. cui accidit ſignificatio tantum: Dio.

Significatio.

M. Significationes interiectionũ quot ſunt? D. Plures:
Gaudii: ut euax. Ridentis: ut ha. Admirãtis: ut pape. Do-
lentis: ut heu. Expaueſcentis: ut at at. Euitantis: ut apage.
Offendentis: ut racha zc̃: Donat.

Conſtructio.

M. Conſtruuntur Interiectiones? D. Maxime. Hei dati
uo adhæret: ut Hei mihi qualis erat. Heu Accuſatiuo: ut
Heu ſtirpem inuiſam. Aliquando nominatiuo: ut Heu

pietas: Heu priſca fides. Ve datiuo: ut Ve tibi Cauſidicet & Accuſatiuo adhæret: ut Ve populum. Caper. Hem accuſatiuo. O nominatiuo actō & uocatiuo: ut O regina nouā: O nox illa: O fortunatos agricolas.

¶De Coniunctione Cap. xl.

M Ag. Quid eſt Coniunctio? D. Eſt pars orationis indeclinabilis annectens ordinanſq; ſententiam: Dio. obſerua Laertium in uita Zenonis. Coniunctio qd.

M. Coniunctioni quot accidūt? D. Tres: Poteſtas: Figura & Ordo. Poteſtas: ut Copulatiua: cōtinuatiua: ſubiunctiua: diſiunctiua & cætera: Donat. Coniunctionis accidentiæ.

Figura: qua apparet an ſimplex ſit: ut nam: ita. An compoſita: ut namq;: itaq;: attamen: etenim zc. Dont. Figura.

M. Ordo coniunctionis quotuplex? D. Triplex: Præpoſitiuus: ut Ac: at: aſt: atq;: aut: &: uel: neq;: ſi: quin: ſin: quatenus: ſeu: ſiue: ſed: niſi: Poetæ poſtponunt. Subiunctiuus q;: ne: ue: quidem: quoq;: autem: uero. Cōmunis: ut Equidem: igitur: tamen: ergo: q̄q̄: Don. Ordo.

M. Quæ ex his ſunt Encleticæ? D. Encleticæ: ideſt inclinatiuæ hæ ſunt: Ve: ne: q;: Sic dictæ: quia inclināt accentum præcedentis ſyllabæ ad ſe: ut Dixitq;: Legiſne: communiterue. Vnde apud Heſiodum legitur:Clioq;: Taliaq;. Melponeq;. Et apud Horatiū: Indoctuſq; pylæ: diſciq; trochiq; quieſcit. Et Iuuenalis: Nunq̄ ne reponam: Donatus. Encleticæ.

Finit de Octo partibus orationis Dialogus:
uel Iſagogæ Grāmaticales.
Soli Ieſu xpo: honor
& gloria.

Powered by Google

¶ Petrus perottus Interamnas Nartis ad Stephanum filium.

HAbes iam (plusq̄ dimidium animæ meæ) Stephane fili: De Octo partibus orationis Dialogum ſeu Grām̄aticales Iſagogas: genus hoc apprime in uirorum ueterum auctoritate poſitum: & eorum quidem Illuſtriū ut Platonem factitaſſe legimus: qui ſuis in operibus continue Dialogos fecit. Præceptorem enim ſuū Socratem aliis perſonis reſpondentem introducens. Idem & Cicero in Amicitia/pariter & Senectute feciſſe uidetur. Diuinum quippe (abſq; heſitatione) inſtitutum: Primū enim omniū Dialogum diuina bonitas proprio (ut ita dicā) ore inſtituit: cū primo noſtro Adæ parenti dixit ea: quæ primo & ſecundo Geneſis capite continentur: ubi legere uolentibus fas eſt. Sed hic omniū ſanctiſſimus fuit: ſicut omniū pernitioſiſſimus ille Dialogus: quem cū Eua Diabolus doloſe intexuit: ut de ligno uetito mād ucaret. In quibus igitur præmiſſis & ſubſequentibus rebus colligendis: melligulas Apes ſecuti: quæ ex floribus: herbātibuſq; pratis: id tantum excerpunt: quod operi ſuo conducit. Sic itaq; tibi in primis: & aliis ſtudioſe legentibus prodeſſe cupidus: hunc Dialogum: ſeu has Grām̄aticales Iſagogas: litteris mandauimus: tuo ut honeſto conſuleremus deſiderio. In quo & ſi ingenii uires noſtri defuerint: uoluntas tamen eſt laudanda: Gratia enim nō recte etiam ſcribentibus debetur. Quoniam alios ad ueritatis patrociniū exiſtat: quo animo quid quiſq; faciat: nō quo caſu utatur ad rem pertinet: ſed uoluntatem in omnibus ſpectare conuenit. Vale optime: teq; acerrimū bonarū litterarum ſectatorem exhibe.

dialogi indubitata origo.

Apes melligulæ

Scribentis intentio:

Animus.
Caſus.
Voluntas.

¶ Iſagogæ de quattuor Carminũ generibus ſeu Dialogus incipit fœliciter.

¶ De carmine Heroico Cap. xli.

Carmen Heroycum.

MAgiſter. Arma uirum zc. Hic uerſus quomodo uocatur? Diſcipulus. Heroicus: eo ꝙ bella & Regum: & ducum negotia magnifica & grauiora Heroico carmine cōplectuntur: quod humanis ut Aeneas: & diuinis ut Iuppiter perſonis conſtat: uera continenſq; cũ fictis. Nam & Poeta loquitur & alios introducit loquentes: ſtiloq; grandiloquo: Dactyloq; & Spondeo conficitur. De quo idem fert Beda: Diom. & Seruius: & Iſidorus.

Quot ſyllabas habet.

M. Hoc Carmen quot habet ſyllabas? D. A duodecim ſyllabis ad decem & ſeptem producit̃: nã ſi totũ ex Spondeis (qui diſſyllabi ſunt) conſtabit: erũt in ſex Spondeis ſyllabæ duodecim: ſin totum ex Dactylis (qui triſſyllabi ſunt) erunt decem & ſeptem ſyllabæ: quoniã ultimus ultimã ſyllabam perdit: Obſerua Bedam.

Epos carmen.

M. Habet ne aliud nomen hoc Carmen? D. Græci Heroicũ carmen Epos appellant: diffiniũt eſſe diuinarum humanarũq; rerũ continentiã. Et dicitur Epos ab eo qđ eſt ſequi: quia in eo dicenda & ea quæ dicta ſunt: perpetuo tenore ſequũtur. Dicitur etiã & Phythium carmen: quia cũ Apollo in matris ultionem Phytonem ſerpentē interemiſſet: Accolæ Apollinis laudes hoc Carmine celebrabant: ut Landinus tradit.

Phythiũ carmē.

dactylus ex quibus conſtat.

M. Scãde uerſum. D. Arma ui/rumq; ca/no Tro/iæ qui/primus ab/oris. Arma ui: dactylus eſt: qui tribus ſyllabis conſtat: prima lōga: ut Ar: & duabus breuibus: ut ma/ui: qui ſecundum uenerabilem Bedam quatrifariam ſcanditur: illum igitur obſerua.

Quot modis ſcanditur.

dactylus unđ dr̃. Heroicus. Politicus.

M. Dactylus pro pede unde dicitur? D. dactylus quippe a digito nũcupatur: cui in ſpaciis conformis eſt: qui Heroicus & Politicus nominatur: Diom.

Spondeus unđ.

M. Notro qui pes eſt? D. Spondeus: qui conſtat duabus

ſyllabis longis:ut Noſtro. Sicq; dictus: q in ſacrificiis & libamentis:eo maxime uterentur. Nam Spondi libamẽtum & fedus ſignificat. Hic & põtificius dicitur a Numa & a Quintiliano: Dio. Ab Iſid. tractus interpretatur.

Spondi quid. Tractus. pontificius.

M. Quid eſt Scanſio? D. Scanſio eſt debita ſyllabarũ & pedum cõmenſuratio uel diſtinctio: a ſcandendo dicta: quia pedes & ſyllabas diſtinguendo: quodãmodo aſcendere uidemur:qd auriũ maxime iudicio fit:hinc Horat. Legitimũq; ſonũ digito callemus & aure. in poetica.

Scanſio quid. Scanſio unde.

M. Quid eſt pes in carmine? D. Pes eſt & ſyllabarum & certa diminutio: qa ideo pes appellat: quia ſicut nos noſtris: ſic illis carmina uidẽtur incedere ac proficiſci. Vel pes eſt coniunctio duarũ aut trium aut pluriũ ſyllabarũ metrica ratione compoſita: Dio. Vſq; ad quattuor ſyllabas pedes dicuntur. Reliquæ Sizigiæ uocantur Iſid:

pes quid. Sizigiæ.

M. Pedi quot accidũt? D. Sex: Arſiſtheſis: ideſt elatio:ut ar:& depoſitio:ut ma. uocis: quæ in paucioribus duabus ſyllabis fieri nequit. Item numerus ſyllabarũ:ut in ſpondeo duæ:in dactylo tres: in Coryambo quattuor uſq; ad ſex &c. Accidit quoq; Tempus: quod eſt ipſa mora pronuntiandi. Mora uero eſt animi quies:ut Atti. for. ait.

Arſiſtheſis. Tempus quid. Mora quid.

Et reſolutio. i. ſi una ſyllaba pro duabus & ecõtra. Si longa pro breui & econtra. Et ſi pes pro pede ponaẽ. Nã ex una ſillaba lõga duæ breues fiũt: ex duabus aũt breuibus longa nunq̃ fit. Findi enim ſolida poſſunt: ſolidari fiſſa non poſſunt: Iſido.

Figura etiã accidit:quæ duplex eſt:in biſſillabis & triſſillabis ſimplex eſt. Cõpoſita in quatriſillabis & ultra.

M. Tempus inane qd eſt? D. Tempus inane eſt:cum ex unica ſillaba duæ fiũt per diereſim: hoc eſt per diuiſionẽ ut ſi:lu:a:triſſillabum/cum biſſillabum ſit Ser.

Tempus inane quid eſt.

Accidit & Ordo:qa certo ordine pedes ponunẽ & ſillabæ:& per ordinẽ queſiti inuenti ſunt Dio.

Ordo.

M. Verũ breuis ſillaba anteq̃ lõga fuerit repta? D. Cõſtat ſiquidẽ breuẽ ſillabã (quæ unius eſt tpis) anteq̃ lõgã (que duũ eſt) fuiſſe repertã:ut unus anteaq̃ duo. Cois uero ſil

Sillaba breuis & longa.

laba unius eſt cũ dimidio·qđ qdc tp̃s pficit arbitrio nr̃o·
M·Carmẽ qd eſt? D·Iudicio meo inqt Carmelitanus ita diffinire licet: ꝙ orõ ſit ſtrictiori pedũ lege cohercita: & ornatiſſimũ dicẽdi genus: hæc ille· Vel carmẽ eſt ptiũ legitima diſpoſitio: & pedũ culta copulatio: conſonãti ſpecie metricã exhibẽs regulã: Dio·Item qđ nos Carmẽ & uerſus dicimus: græci Pſalmũ & Himnũ uocãt: ut idem Carmelita ſenſit·Diciturq; Carmen: ut quibuſdã placet: quaſi Canimen: & a Cano deducitur· Eſt itaq; Carmen quicqd pedibus contineť ꝙ carpit in pronuntiať. Cari. — Carmen quid· pſalmus· Himnus· Carmen unde

M·Metrũ quid eſt? D·Eſt cõpoſitio pedũ ordine ſtatuto decurrens: modos: poſitiones: ſublationeſq; conſeruans Lege Fab. Vel Metrũ eſt Conceptio certis & legitimis pedibus expedita: ut Fortunatianus docet. — Metrum quid·

ℭDe Carmine Hexametro & pentametro·

M A·Hãc tua penelope zc·hic uerſus quõ appellať? D Hexameter uel hexametrus: ab hex qđ eſt ſex: & meter mẽſura: qa cõſtat ex ſex mẽſuris·i·pedibus qa duobus legitime pedibus conficitur: dactilo ſcilicet & ſpondeo· Qua de re Beda latius·Eſt aũt uerſus pedum certa menſura: ut Attilius in arte docet. — Hexameter· Verſus quid·

M·Scande uerſum· D. Hanc tua/penelo/pe/len/to tibi/mittit V/lixes·Quem quidem uerſum Enniũ: apud Latinos primũ feciſſe dicũt: & id longũ carmen appellare ſolebat: teſte Lucretio libro primo: & Sillio·xii· — Hexametri inuentor·

M·Nil mihi zc·hoc carmẽ quo pacto nũcupať? D·pentametrũ: a penta qđ eſt quinq;: & meter mẽſura: qa ex qnq; menſuris·i·pedibus: cũ Ceſura longa: quæ pentememeris: cathalectica: remotio: & ſemipes noiatur· Diciť autẽ pẽtememeris a pente·i·qnq;: & meris diuiſio uel ps: Tor — penta· Ceſura· pentememeris Cathales· Remotio· Semipes·

M·Ceſura quõ diffiniť? D: Eſt terminatio uocũ ĩ medio uerſus notata: ut bas: qñ poſt primos duos pedes exuberãs ſillaba inueniť: que dictionẽ terminet·Dicta aũt Ceſura a cedenda uoce: Cum uero poſt tris pedes fit ceſura Hemptimeris diciť· De quibus latius uenerabilis Beda — Ceſura unde· Hemptimeris·

M. Ex quibus conficiť pedibus? D. Ex duobus primis dactylicis uel Spondaicis uel alternis & Pentememeri aut natura aut poſitione longa: quæ iuncta cũ ultima ſyllaba Spondeũ facit. Poſtremis uero duobus ſemper dactylicis & pentameri quantacũq;. Nouiſſima enĩ quantacũq; ſit nõ refert: ut Atilius fortunatus in arte docet: ſicq; ſcãditur: Nil mihi/reſcri/bas/attamen/ipſe ue/ni. lege Fab.

Quot modis fit poſitio.

M. Quot modis finiũt poſitiones? D. Quattuor: Aut cũ uocalis correpta in duas definit conſonantes: ut amnis. Aut in unã duplicem: ut axis. Aut in alterã conſonãtem. Aut in alterã uocalem loco conſonantis poſitã: ut at Venus & uates. Aut/i/ poſita inter duas uocales: ut Pompeius: Troia: Marius Seruius auctor. Venerabilis tamẽ Beda Sex modos ponit.

Alius ſcandendi modus.

M. Scanditur ne alio modo? D. Hoc quoq; modo ſcanditur: licet ſuperior modus ſit uſu frequentior: Nil mihi: dactylus. reſcri/ſpõdeus. bas at: ſpondeus. tamen ip: anapeſtus. ſe ueni: anapeſtus: qui cõſtat duabus ſyllabis breuibus & ultima lõga: ut Pietas. Supradictis itaq; duobus modis omnes Heroydum epiſtolarum uerſus: & his ſimilibus ſcandiri poſſunt.

De Aſclepiadeo carmine Cap. xlv.

Aſclepiadeus unde.

M. Ag. Mæcenas atauis &c. Hoc carmẽ quomodo appellatur? D. Aſclepiadeum ab inuẽtore Aſclepiade nominatũ. Conſtat autẽ ex ſpondeo: dactylo: ceſura: & duobus dactylis: & ſic ſcande. Mæce/nas ata/uis/edite/regibus: Por. & Acron.

Alius ſcandendi modus.

M. Scanditur ne alio modo? D. Alii ſic etiã: teſte Diom. ſcandunt: Mæce/nas atauis/edite re/gibus. Primus itaq; pes ſpondeus eſt: poſt coryambi duo: Inde pyrrichius.

Coryambus.

Conſtat autem Coryambus prima & nouiſſima longa: & duabus mediis breuibus: ut uerſificans omnipotens.

pyrrichius.

Pyrrichius uero duabus breuibus: ut Pius: Diom.

De Saphico hendecaſyllabo Cap. xlvi.

M Ag. Iam ſatis terris ꝛc. D. Hic Saphicus hendecaſyllabus uerſus dicitur: a Sapho denominatus: uel a ſyllabarum numero: cui pes eſt Trocheus: ſpondeus: dactylus: & duobus Trocheis: & ita ſcande. Iam ſa/tis ter/ris niuis/atq;/diræ. Eodem modo duos ſequentes uerſiculos. Obſerua uenerabilem Bedam. — Saphycus hendecaſyllabus.

M. Trocheus ex quot ſyllabis conſtat? D. Trocheus: qui rutilus: choreus: & conus dicitur: ex longa & breui conſtat: ut corpus. Itaq; dictus ut rota uolubilis ſit: quæ Trochis dicitur: & uolubilē excitat ſaltationem: Dio. Eſtq; trium tempoꝝ: ut Caſius baſius in arte metrica. — Trocheus. Rutilus. Choreus. Conus. Trochis.

De Adonico carmine Cap. xlvii.

M Ag. Terruit urbem: hic uerſiculus quo pacto dicet? D. Adonicus dimeter: qui ex ſpondeo & dactylo cōſtat: ab inuentore ſic nominatus. De quibus quidem carminibus legito Diomedem: & Terentianum Maurum: apud quos ſumma auctoritas: apud uſum uero diffuſius agitur. Nos uero in omnibus premiſſis tritiorem uſum ſecuti ſumus: apud quē omnis extat & ſūma auctoritas. — Adonicus.

De Epiſtola Cap. xlviii.

M Ag. Quid eſt Epiſtola? Diſ. Epiſtola eſt quaſi certa quædam nuntia rerum: /interdum alienarum & fida mentis noſtræ interpres: Cui quæ uolumus partim noſtro nomine: partim alioꝝ abſentibus ſignificare cōmittimus. Vel: Epiſtola eſt Oratio pedeſtris: quæ abſentes animos præſentes facit: tam ad uoluptatem q̄ ad utilitatem tum publicam: tum priuatam: diuinitus excogitata. — Epiſtola quid.

M. Sermo & Epiſtola differunt? D. Sane differunt. Sermo enim: qui a ſerendo dicitur/ad præſentes tantum dirigitur. Epiſtola abſentes duntaxat alloquitur: uel quia is ſermo appellatur: quoniam uerba uiciſſim ſeruamus: qd dicendi genus in ſima figura conuerſatur: Acron & Landinus. Eſt itē ſer mo ut Cicero li. iiii. ad Heren. ait: Oratio remiſſa & finitima quottidianæ locutioni. — Epiſtola. Sermo.

H

Epiſtola unde. M·Epiſtola unde dicitur? D·Ab epiſtello uerbo græco qđ mitto ſignificat:uel mando:uel iubeo: quã græci Epiſtolin uocant·Inde Apoſtolus miſſus.

Apoſtolus.

M. Quare inuenta eſt Epiſtola? D·Epiſtolam nullam ob aliam cauſam fuiſſe repertam:niſi abſentes hoc tantũ remedio: præcipue amicos: redderemus præſentes: ut Turpiliano placet.

¶De epiſtolaꝝ generibus Cap. xlix.

MAg. Epl'arum genera quot ſunt? D·Epiſtolaꝝ ſcribẽdarũ gña..lxxx.apud utriuſqꝫ linguæ peritiſſimos inuẽta ſunt: ut nihil iam ad epiſtolandũ ſit reliquũ qđ infra ſcripto numero nõ cõplectaẽ:ut Libano placet uidelicet

Comendatiua.
Conſolatoria pro funere.
Conſolatoria pro re perdita.
Conſolatoria pro exule.
Gratulatoria.
Inuitatoria ad amicitiam.
Supplicatoria.
Suaſoria.
Diſſuaſoria.
Domeſtica de proprio ſtatu.
Cõmotiua ad pacem.
Cõmotiua ad bellum.
Poſtulatiua rei certæ.
Cõmunis amicitiæ cauſa.
Iocoſa de ſe.
Iocoſa de alio.
Seria de ſe.
Seria de alio.
Imperatoria.
Laudatoria.
Vituperatoria.
Parentalis ad filium.
Maternalis ad filium.
Filialis ad parentes.

Seruilis ad dominum.
Clientalis ad patronum.
Diſciplinalis ad magiſtrum.
Magiſtralis ad diſcipulum.
Munificalis.
Iuriſditialis.
Rengratiatoria.
Cõmiſſionalis.
Teſtimonialis.
Lamentatoria.
Hortatoria.
Conſultiua.
Accuſatiua publici criminis.
Obiectiua generis uel uitæ.
Pacatiua.
Confirmatiua.
Inuectiua.
Amatoria honeſta.
Nuntiatiua rei nouæ.
Precatiua publicæ fidei.
Narratiua hiſtoriæ.
Expoſitiua fabulæ.
Exemplificatiua.
Contentioſa.
Comitatiua.
Edictiua belli.
Significatiua icti fœderis.
Expoſitiua triumphi.
Inhibitiua.
Enuntiatiua legis.
Nuntia nouæ letitiæ.
De filio principis nato.
De filia eiuſdem nata.
De hoſte fugato uel cæſo.
De negotiis familiaribus.
Expreſſiua publicæ fidei.

Inſtitutiua familiaritatis.
Conſularis dignitatis.
Medicinalis legalis.
Poetalis.
Philoſophalis.
Mathematicalis.
Omnium artium.
Militaris cum fide.
Ad conciliandum gratiam.
Ad reconciliandum gratiam.
Ad ſe laudandum.
Ad ſe expurgandum.
Ad reddendum ſe notũ apud ignotos.
Mercatoria.
Irritatiua in aliquem.
Inuitatoria ad cõmunem letitiam.
Damnatiua uoluptatum.
Quarũ exemplaria Marius philelphus luculentiſſime deſcribit.

Epiſtolare officium. M. Epiſtolare officium quid eſt? D. Eſt de re familiari: aut de quotidiana conuerſatione aliquid ſcribere: & quo dãmodo abſentes inter ſe preſentes fieri: dũ mutuo quid uelint: aut quid geſtum ſit nuntiat: licet interdum fabulationis tale conuiuiũ doctrinæ quoq; ſale condiatur: ut diuus Hyeronimus docet.

¶ Alphabeti latini Theologica interpretatio incipit ſub dialogo Cap. I.

Beatitudo quid. MAg. Da noſtri alphabeti interpretationẽ. D. A/ hoc eſt anima: & hæc anima facta eſt propter. B. hoc eſt beatitudinem: ideſt propter ſtatum omniũ bonorum aggregatione perfectum. Et hæc beatitudo ubi ſit hoc certe oſtendit. C. hoc eſt cœlum empyreum: beatorum ſedes. Nam in cœlo eſt: qui animã beatificat: quod quidẽ indicat. D. hoc eſt deus ſcilicet Thethragrãmaton: ideſt quattuor litterarum nomen. D/ enim dans interpretatur

Thetragrãmatõ Deus qd ſonat.

E/æternã: V/uitam: S/ſuis: Hoc nempe declarat. E. hoc eſt æternus. Quis nam hoc nos docere ualet? F. hoc eſt fides catholica: At fides quomodo haberi poteſt: media G. hoc eſt gratia gratis data: Hæc quoq; quo pacto obtinetur? Duce. H. hoc eſt humilitate. Aſt hæc humilitas debet haberi propter. I. hoc eſt propter iuſtitiã ſcilicet diſtributiuam & cõmutatiuam: hæcq; iuſtitia in quo magis oſtenditur hoc profecto inſinuat. K. hoc eſt karitas dei ſcilicet & proximi: ex his enim duobus mãdatis uniuerſæ leges pendent & Prophetæ. Hancq; charitatem quis præcepit nos habere: hoc quippe impat. L. hoc eſt lex. Verum hæc lex quotuplex dicitur: hoc aperte abſoluit. M. hoc eſt lex naturæ ante Moyſen: lex ſcripture data Moyſi in monte Synai: lex gratiæ ſeu euangelicæ per Chriſtum deum: & hoc propter tris pedes: quos hæc littera poſſidet. Concluſio iſtarum legum: quæ luce clarius reuelat. N. duos habens pedes: duo legis præcepta ſignificantes: hoc eſt & dei & proximi dilectionem (ut ſupra dictum eſt) Horum uirtutes aſſerit. O. hoc eſt obſeruantia horum mandatorum: Quam quidem obſeruationem proculdubio exhibet. P. hoc eſt patientia accidẽtiũ quoquomodo uenientium ſcilicet per carnem / per mũdum / & per diabolum. Verum hec patientia in quo magis elucescit: id ſane pandit. Q. hoc eſt queſtio ſenſualitatis pariter & rationis: quam iſtarum imitari debemus: hoc clare prædicat. R. hoc eſt ratio: propter quid hæc ratio magis firmatur: hoc uero exprimit. S. hoc eſt humanarũ pariter & diuinarum rerum ſapientia: idq; aptiſſime enarrat. T. hoc eſt temperantia prædictarum rerũ: hoc eſt ſapere ad ſobrietatem: & quis nos monet hanc temperantiam poſſidere: hoc nos pie erudit. V. ideſt ueritas infallibilis: quæ nam ſit iſtæc ueritas exclamat. X. ideſt xp̄us: Quis ue ſit Xp̄us (qui unctus interpretatur) demonſtrat Y. ideſt græca orthographia Yheſus: qui ſaluator uel ſalutaris ſonat: cuius liuore ſaluati ſumus ut demũ uociſe-

Iuſtitia duplex

Karitas duplex

Lex naturæ.

Lex ſcripturæ.

Lex gratiæ.

Hoſtis triplex.

Sapientia quid.

Xp̄s quid ſonat.

Yh̄s quid.

rat. Z. hoc eſt zelus. Nam propter zelum noſtræ ſalutis ſe exinaniuit: formam ſerui accipiens: uſq; ad mortem: mortem autem crucis: propter quod exaltauit illũ deus: & donauit illi nomen: quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Ieſu omne genu flectatur: cœleſtium, terreſtrium & infernorum: Qui cum patre & ſancto ſpiritu regnat deus in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Soli Ieſu xp̄o honor & gloria Amen.

ℂ De quattuor officioꝝ fontibus Cap. li.

Honeſtum diuiditur in quattuor: ſcilicet in	Prudentiam.
	Iuſtitiam.
	Fortitudinem.
	Temperantiam.

φρονησισ

Phroniſis. Prudentia (quæ græce Phroniſis) eſt & bonarum & malarum utriuſq; diſcretio.

Δικαιοσυνη

Diceoſynem. Iuſtitia (quæ græce Diceoſynem) eſt uirtus unicuiq; q̃d ſuum eſt tribuens. Vel ut uerius dicã: Eſt omnis uirtus.

ανδρεια ασ

Andria. Fortitudo (quæ græce Andria andrias) eſt conſiderata periculoꝝ ſuſceptio: & laboꝝ diuturna perpeſſio.

σωφροσυνη

Sophroſine. Temperantia (quæ Sophroſine) eſt uirtus illicitos animi motus cohibens.

ℂ De prudentia Cap. lii.

PRudentiæ comites heæ ſunt. Circunſpectio: cuius officium eſt: ex præſentibus futura præuidere: & aduerſus calamitatē uenientem ſe conſilio præmunire. Circūſpectio.

Cautio: cuius extat officium: cautelam contrariorum uitiorum habere. Cautio.

Docilitas: huic officium eſt: primū ſe ipſum informare: & poſtmodum imperitos. Docilitas.

De Iuſtitia Cap. liii.

IVſtitiæ partes heæ habentur. Seueritas: cuius officium eſt. Primum: ne cui noceat: niſi forte laceſſitus ſm Ius ciuile: ſecus tamē præcipit lex euangelica. Secundum ut cōmunibus pro cōmunibus utatur: priuatis autē ut ſuis. Tertiū: hominū genus æſtimare ut decet. Quartum: erogare beneficia prout decet. Seueritas.

De Fortitudine Cap. liiii.

FOrtitudinis pediſſequæ heæ dicuntur. Magnanimitas: cuius officium exiſtit: eſſe cautus in auaritiæ cautela / ambitionis / & temeritatis. Magnanimitas.

Fiducia: cuius officium creditur: non credere uſq; ad rei conſumationem. Fiducia.

Magnificentia: cuius officium exiſtimatur: cauere contemptionem omnē: omnemq; turpitudinem: & ad primos motus occurrere. Magnificentia.

Securitas: cuius officium autumatur dare ſolatium cōtra fortunæ aduerſa & aſpera. Securitas.

Conſtantia: cuius officiū eſt tenere grauitatem in utraq; fortuna. Conſtantia.

Patientia: cuius officiū exiſtit: gaudere diris aduerſis. Patientia.

De Temperantia Cap. lv.

TEmperantiæ miniſtræ heæ ſunt. Modeſtia: cuius officium perhibetur: recte conſiſtere ultra defectū: & citra exceſſum. Modeſtia.

Verecundia. Vereců̃dia: cuius officium dicitur in uerbo geſtu & opere: honeſtatem ſeruare.

Abſtinentia. Abſtinentia: cuius officium nuncupatur: ſtatutum prandii tempus nõ prætetire: & delicatos cibos nõ quærere.

Honeſtas. Honeſtas: cuius officium eſt: non dare operam laſciuiis ut Luxuriæ per coitum illicitum: & appetitui per delicatos cibos: ſiue orexim.

Moderantia. Moderantia: cui officium eſt: non excedere menſuram refectionis: & cæterarum rerum.

Sobrietas. Sobrietas: cuius officium eſt: cohibere potus exceſſum: & reliquorum.

Pudicitia. Pudicitia: cuius officium eſt: petulantiam moderari: rationis moderamine.

De compatione honeſti Cap. lvi.

Honeſtum duobus modis ſpetialiter comparatur: ſcilicet: Ad cognitionem: cui pertinet Prudentia: Nam ipſius partes: & earũ officia ex animi cognitione naſcuntur. Comparatur & ad actionem: cui Iuſtitia cõpetit: Fortitudo & Temperantia.

De Utile Cap. lvii.

Utile propter fructum eſt expetendum: hoc autem propter tria ſcilicet Bona animi: ut uirtus ſcientia. Bona corporis: ut pulchritudo: nobilitas: uelocitas: robur: magnitudo: ualitudo. Bona fortunæ: ut opulentia: prælatio & gloria. Hæc omnia de officiorum fontibus ab Innocentio tertio excerpta ſunt. Leges & apud Ariſtotelem in libello de Virtutibus. Leges & apud Ambroſium in libris officiorum. Leges etiam & apud Ciceronem & cætera.

Bona animi. Bona corpis. Bona fortunæ.

Soli Ieſu Chriſto honor
& Gloria.

De tribus cauſarũ generibus Cap. lvii.

CVm tria ſint cauſarum genera: que tractari poſſunt a quocunq; ſcribente: uel dicente: hoc eſt Demonſtratiuũ (quod Græci Panegyricon dicunt) in laudẽ uel uituperationem poſitum. Deliberatiuũ: in ſuadendo aut diſſuadendo collocatum. Iudiciale: in agendo aut defendendo conſtitutum. Vnum tamen eſt genus: quod ſemper tractatur: Demonſtratiuũ ſcilicet. Nam in iudiciali: quem accuſant uituperant: quem defendunt laudant. In deliberatiuũ: ſuadendo rem laudant: diſſuadendo uituperant. Sed materia poteſt eſſe quadruplex: Aut honeſta: ſi pro uiro bono contra malum: Vel ſi de nuptiis epithalamion: de funere epitaphion: de religione: pietate: & omni laude. Aut turpis: ſi pro uiro malo contra bonũ uel ſi de libidine: de aliquo uitio. Aut humilis: ut ſi de uili cauſa: ut de laudibus coquinariæ: uel fartoriæ: ſiue fractoriæ. Aut dubia: ut ſi partem habeat honeſtatis: partẽ turpitudinis. Si cauſa eſt honeſta: eſt aperte procedendũ in exordio. Si cauſa eſt turpis: eſt inſinuandum. Si cauſa eſt humilis: eſt amplificandum exordium exemplis ſimilium cauſarum. Si cauſa eſt dubia: eſt exordiendũ ab ea parte: quæ honeſtatem continet: ut ſi uir bonus cõmiſit ſcelus: exordiemur: uiri naturam (non unius erroris ſordem) conſiderandam.

Tria genera dicendi.

Vnum genus.

Materia quadruplex.

Honeſta.

Turpis.

Humilis.

Dubia.

Soli Ieſu xp̃o honor & gloria.

Quot ab optimo Interprete requiruntur Cap. lviii.

AFido hæc omnia requiruntur Interprete. Auctoris uidelicet uita. Operis titulus: Scribẽtis intentio. Librorũ numerus. Quæ inde utilitas percipitur. Carminis character: ſi opus carminibus conſtat. Cui philoſophiæ parti opus ipſum ſubiiciatur. Explanatio poſtremo attenditur: ſub qua hæc omnia continentur: Puncti (largo modo loquens) ſuis in locis conuenientes. Pedũ ac carminũ menſura ſincera: ne ſint poſt poſita carmina:

ſi opus cõſtat carminibus: ſi uero ſoluta oratione ne ſint
dictiones diſſem inatæ: unde ſenſus corrumpãtur. Neq;
latinitas: elegãtia: & rerum ordo deſit. Schonata lexcos
& dianocas: ideſt figuræ uerborum & ſententiarum. Vi
tia item & tropi. Fabulæ quæ ad mortalitatem reflecten
dæ ſunt. Hiſtoriæ. Vis & origo uocabulorum. Verborũ
quoq; ſignificata. Explicentur breuiter ſenſus: ne mens
auditoꝝ confundatur. Quicquid enim præcipies breuis
eſto: ut animi dociles teneantq; fideles. Thopographia
Ortographia: Coſmographia: Chronographia: in quo
orationes uerſentur genere. Partes item petitionum ob
ſeruentur. Vtrum ſit oratio pathetica. An interueniat ſyl
logiſmus. Ordo uerborum congruus. Colores inſuper
rethorici: ut honor auctoris ubiq; ſeruet̃. Excitet̃ aliquã
do queſtiuncula: ut animi acutiores fiant auditoꝝ. Si ap
paratus aut fantaſia poetica accidat. Quæ perſona item
introducta laquatur. Boni: beneq; geſta ſummis laudi
bus extollantur. Contra: Mali malaq; acta acerrimis in
ſultentur opprobriis: ut illud auditores amplectant̃: hoc
tanq̃ lerneum uenenum fugiant: ut ſine aliorum maledi
centia proferantur dictanda. Non enim mordendo: de
trahendoq; nomen comparatur doctrinæ: ſed ſtudendo.
Vnicuiq; capiti: aut claſmati: libroq; præponatur argu
mentum: ut facilius ſint intellectu: utq; ad auditorum uti
litatem: deiq; laudem proferant̃ oĩa (nam omnia quæ
ſcripta ſunt ad nr̃am doctrinã ſcripta ſunt) honeſtis tñ
uerbis: Corrumpunt enim bonos mores eloquia mala.
Ne lector item inter legendum molleſcat: excitet aliqñ
temporatum riſum: ut animi longa dicentium uoce te
dio affecti expergiſcantur. Neq; uox item legentis ſe tol
lat ad aſtra: unde contentus exoritur: nec humi ſerpat: un
de nauſea ac tedium generatur. Si quid tandem laſciuũ
offenderit: ut in Poetis accidere ſolet muſſet. Quæ qui
dem omnia fili: ſi accurate noſtra gloſſemata in parthe
nice plegeris: ſuis inuenies diſtribura locis: quæ Impræ
ſſoris cõmoditatẽ morantur. Soli deo honor & glĩa.

¶ Iſagogæ: ſeu Grãmaticæ introductiones Petri perotti
Interamnatis ſumma cum diligentia æditæ & cor=
rectæ. Ad Grãmaticæ artis cupientium utili
tatẽ/expenſis Marcelli Silber al's Frãck
Rome fœliciter impreſſæ. Anno
Milleſimo Quingenteſimo
undecimo. Die. xxiii.
menſis Iulii.

.:.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

CICCIORICCIO MARIO
Via Borgo
Vittorio 26
ROMA
LEGATORIA DI LIBRI